

1661.

Isinck, Gerhardtus: De jure primogeniturae

1666.

Masschop, Johannes: De successione ab intestato veteri
et nova.

1671.

Schneider, Benjamin: De reticentia.

1674.

Crusius, Wilhelmus: De potestate ignoscendi.

1681.

Mastricht, Gerhardtus, vnr: De expressione.

1683.

Jewens, Wilhelmus Petrus: De monopolio

1684.

1. Crusius, Gustavus: De publicanis, vectigalibus
et commissis.

2. Dierck, Johannes Georgius, vnr: De foro competenti

1685.

Crusius, Wilhelmus: De convitiis, quod verum est.

1688.

Engelbertz, Petrus : De eucharistia

1689.

1. Crasius, Wilhelmus : De obligatione consilii imperatoris.

2. Munch, Joannes Henricus : Inaugurales juridicæ.

1691.

1. Pagenstecher, A. S. : De ventre . . . ejusque jure.

2. Severinus, Joannes : De jure viduarum.

3. Westarp, Johannes : De eo, quod justum est in defensione
sui violenta.

1692.

1. Berg, Clemens : De conjugio principum cum subditis.

2. Gieslerus, Christophorus Theodorus : De absentia personarum.

3. Pagenstecher, Alexander Augustus : Pignora Instaurata ad l. vinum ff. de reb. credit.

4. Pagenstecher, A. S. : Præ jurisconsultorum ex l. 69
ff. pro soc.

1693.

Reichhelm, Petrus Arnold; De renunciatione juris
sui lactis.

1695.

Crusius, Guilielmus, ~~de~~ : Uter potior in beneficio
a principe duxerit concessio.

1697.

Rhamacker, Johannes Theodorus : De homicidio.

1699

Sumnerman, Casparus Theodorus : De puritate religionis
in Angolissimis comere imp. iudicio observanda.

1498
1499
1500
1501
1502
1503
1504
1505
1506
1507
1508
1509
1510
1511
1512
1513
1514
1515
1516
1517
1518
1519
1520
1521
1522
1523
1524
1525
1526
1527
1528
1529
1530
1531
1532
1533
1534
1535
1536
1537
1538
1539
1540
1541
1542
1543
1544
1545
1546
1547
1548
1549
1550
1551
1552
1553
1554
1555
1556
1557
1558
1559
1560
1561
1562
1563
1564
1565
1566
1567
1568
1569
1570
1571
1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1598
1599
1600



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

De 1666

26
4574
2

SUCCESSIONE AB
INTESTATO VETERI
ET NOVA.

Quam

ANNUENTE DEO

Ex Decreto & Auctoritate Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Jurisconsultorum Ordinis, in Illustri, quæ est DUISBURGI CLIVORUM Academia,

P R O

Summis in jure utroque honoribus, & privilegiis Doctoralibus more majorum consequendis

Publico Eruditorum examini subjicit

JOHANNES MASSCHOP,
Lobitho - Clivius.

Ad diem Julij horis locoque solitis.



DUISBURGI ad RHENUM, 13.
Apud FRANCONEM SAS, Academ. Typographum. Anno M. DC. LXVI.

[Handwritten signature]

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO.

JOH. MAURITIO,
PRINCIPI NASSAVIÆ, Comiti Catti-
meliboci, Viandæ ac Deciæ: Beilsteinii Dynastæ,
Ordinis equestris Johannitarum per Marchiam, Sa-
xoniam, Pomeraniam & Vandaliam Magistro &c.
Serenissimi Elect: BRANDENBURGICI Consiliario in-
timo, Ducatus CLIVIÆ, Principatus MINDENSIS,
Comitatum MARCHÆ & RAVENSPERGÆ Pro-
principi: Unitarum BELGII provinciarum exer-
citûs Duci. Ut & Vesaliæ cum adjacentibus arcibus
Gubernatori. DOMINO SUO CLEMEN-
TISSIMO.

*Disputationem hanc Inauguralem in humili-
mi obsequii signum, devotissimâ mente of-
fert, dedicat atque consecrat.*

Subjectissimus

JOHANNES MASSCHOP,
Lobitho-Clivius.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

De

SUCCESSIONE AB
INTESTATO VETERI
ET NOVA.

THESIS I.



ICTURUS de hereditate, quæ im-
mediate à lege defertur, prius de si-
gnificatione hereditatis & heredis di-
spicere existimo: scribitur autem vel
per æ & dicitur vel ab ære seu pecunia.

Vid. Isidor. *lib. 9. Etym. c. 5. l. 14. ff.*

ad SC. Trebell. Wesenb. parat. ff. de hered. instit. n. 2. vel à verbo hæreo, quia hæres defuncto adhæret, & adjungitur: Calvin. *in lexico verb. hæredes.* Forster. *tr. de hereditat. quæ ab intest. def. l. 2. c. 1 n. 1.* Vel per simplex e, & ita ab hero ex §. *ult. Inst. de her. qual. & diff.* Vultej. *in pr. inst. de exhered. liber. n. 2.* quod placet, licet ratio prioris syllabæ repugnare videatur quæ in herus corripitur, in heres producta est, nam quantitas syllabæ in derivatis non semper retinetur Gell. *lib. 12. c. 3.* Bachov. *ad d. §. fin. n. 4.* Displicet ergò Hotomannus qui ab hera i. e. terra, & Varro qui ab heredio parvo prædio derivari dicunt. Vinn. *ad d. §. fin. n. 8.*

II.

Etymologiam excipit definitio: & jus heredita-
rium

A 2

rium seu hereditas non objectivè sumpta, est legitima potestas in universis rebus & bonis à defuncto relictis per quam ea bona nostra dicuntur *arg. l. 10. §. 1. ff. de her. pet. l. 23. ff. de acq. poss. l. 37. ff. de acq. her. l. 3. pr. ff. de bon. poss. cont. tab.* Clariss. Dn. Feltman cognatus & præceptor meus in *tract. de jur. in re & ad rem c. 17. n. 29.* Et cum non solum nomine (: frequenter enim jus hereditarium memoratur legibus nostris *l. 5. §. 5. ff. de his qui dejec. vel effud. l. 8. C. ad exhib. l. 6. pr. ff. de vulg. & pup. subst. & multis aliis :*) sed etiam re ipsâ differat à dominio, ideò speciale esse jus à dominio distinctum defendemus cum Hahn. *ad Wes. ff. de her. pet. n. 8.* Struv. *d. tit. tb. 44.* & D. Feltm. *d. tr. & d. c. n. 6. & seqq.*

III.

Jus illud defertur vel ab homine vel à lege *l. 1. 2. & 3. ff. de her. pet. l. 3. §. 2. ff. pro soc.* Delatum quando est aditione aut immixtione acquiritur *§. 5. I. de her. qual. & diff. l. 1. l. 20. & t. t. de acq. her.* Suth. *dis. 7. aph. 3. & diff. 9. aph. 94.*

IV.

Missò illo modo quo ab homine illud jus defertur, animus fert in præsentì exponere quomodo immediate à lege deferatur: quod fit quando quis intestatus decedit, sive quod omninò non est factum testamentum, vel non jure factum, vel quod jure factum postea infirmatum aut herede destitutum fuit *pr. I. de her. quæ ab int. defer. l. 1. ff. de suis & legit. hered.* Testamentum autem dicitur non fecisse, non solum qui facere noluit, sed & is qui facere non potuit, unde etiam pupillis & prodigis ab intestato succeditur *d. l.*

l. 10.

28
I. l. 10. C. de legit. hered. l. 6. C. ad SC. Tertyll. nec
obstat quod privatio præsupponat habitum, vocula
enim intestatus, non est negatio privans, sed nega-
tio dicta Philosophis negans. Suth. diff. 11. aph. 3.
Vinn. ad d. pr. n. 1. Hinc etiam in statutis intestato-
rum appellatione has personas contineri verius est.
Trentl. 2. disp. 16. th. 1. lit. a. ibique Bachov. Vid.
Forster. l. 3. c. 4.

V.

Lex illa vel est vetus vel nova. Lege veteri nimi-
rum XII. tab. primùm vocantur sui heredes §. 1. I.
d. t. Sui autem heredes sunt liberi, qui in potestate
morientis fuerunt, & tempore delatæ hereditatis pri-
mum in defuncti familiâ gradum obtinent §. 2. I. d. t.
junct. §. 7. eod. Emancipati ergò liberi à veteri legiti-
mâ hereditate, quæ suis duntaxat heredibus & post
hos agnatis L. XII. defertur, planè excludebantur l.
11. de suis & legit. l. 1. §. 8. ad SC. Tertyll. l. 7. de cap.
minut. Verùm cum nihilominus liberi sint, quia ma-
net naturæ vinculum & jus sanguinis l. 8. de R. I. Præ-
tor ipsis succurrit, datâ bonorum possessione Unde
liberi per quam effectū ipso iis jus suorum heredum
restituit, & in partem bonorum paternorum unâ
cum suis heredibus admittit §. 9. I. d. t. l. 4. ff. und.
liber.

VI.

Inter suos verò non connumerabantur nepotes ex
filiâ, ut qui non erant in potestate avi materni, sed
patris sui, quia filia non suam aut patris, sed alienam,
in quam nubit, familiam propagat l. 195. §. ult. de
V. S. Sed hoc quia iniquum videbatur Impp. Valent.
Theod. & Arcad. constituerunt in l. 4. C. Tb. deleg.
A 3 her.

her. l. 9. C. de suis & leg. lib. ut, si concurrant cum filiis vel ex filiis nepotibus, tertiâ parte minus habeant, quam mater eorum si superstes, habitura fuisset: sin verò cum solis agnatis collateralibus quarta pars illis detrahatur: quod posterius Justinianus *in l. ult. C. d. t. & §. 15. I. d. t.* abrogavit, & nepotes ante agnatos sinè ullâ diminutione admisit, ne sc. hi qui ex transversâ lineâ veniunt, potiores his habeantur, qui recto jure descendunt.

VII.

Post suos heredes, & eos quos inter suos heredes Prætor vel Constitutiones vocant, veniunt agnati collaterales i. e. per virilis sexûs personas conjuncti *pr. & §. 1. I. de legit. agn. success.* etiam adoptati §. 2. *I. d. t.* modò sint masculi. Media enim Jurisprudencia subtilitate quâdam excogitatâ differentiam inter masculos & fœminas agnatas introduxerat, ut masculi quidem etiam si longissimo essent gradu admitterentur, fœminæ verò non nisi sorores §. 3. *I. d. t.* Justinianus verò *in l. pen. C. de legit. hered.* restituit quod ante illam Jurisprudenciam LL. XII. tab. placuerat, voluitque omnes agnatos, sivè masculini sivè fœminini sint generis, ad jura successionis legitimæ ab intestato vocari secundum gradûs sui prærogativam *d. §. 3.* Immodò etiam sororis filium vel filiam inter agnatos admisit *d. l. pen. §. 4. I. d. t.*

VIII.

Et quidem si plures sint ejusdem gradûs omnes admittuntur: Sin diversorum graduum proximior ulteriorem excludit §. 5. *I. d. t.* & ita quidem, ut proximioze non adeunte, nec etiam ulterior admittatur §. 7. *d. t.* quippe semel per proximiozem exclusus

clusus fuit: Sed Justinian. in Const. suâ quam de jure patronatus prolutit, cujus meminit in *d. §. 7.* sanxit, ut agnato proximo hereditatem sibi delatam repudiante, admitterentur sequentes exclusis cognatis.

IX.

Et in tantum lex XII. tab. agnatos collaterales vocabat, ut etiam patrem & matrem excluderet. Cæterum filio emancipato succedebat pater tanquam patronus liberto post liberos demum & fratres *l. 2. C. ad SC. Tertyll.* Et olim quidem non aliter, quam si filium emancipasset contractâ fiduciâ: quod postea Justinian. in *l. ult. C. de emanc. liber.* sustulit, ut sc. pater semper habeatur pro manumisso, quamvis filium simpliciter emanciparit *§. ult. I. d. t. Filiofam.* verò defuncto pater non succedebat ut heres, sed jure peculii bona illius occupabat *l. 2. l. 9. ff. de castrens. pecul.* Postea verò in peculio castrensi & qs. castrensi, item in adventitiis bonis habebat etiam filiofam. heredes ab intestato *l. 4. C. de bon. quæ liber. l. ult. C. comm. de success. pr. I. quib. non est permis. fac. test.*

X.

Mater verò à successione liberorum prorsus excludebatur, nisi quod Prætor post omnes agnatos ipsam inter cognatos admittebat per bon. possess. *Unde cognati. pr. I. ad SC. Tertyll. l. 8. ff. und. cogn.* Sed hæc angustia postea emendata sunt. Et quidem post D. Claudium *§. 1. I. d. t. SCto Tertylliano* mater certâ ratione succedebat, uti videre licet in *§. 2. & 3. d. t.* Deindè Justinianus vocat matrem indistinctè in solidum ad successionem liberorum sinè descendibus mortuo-

mortuorum ante omnes agnatos, exceptâ fratris & fororis personâ: ita tamen, ut si cum matre concurrant sorores defuncti filii filiæve, dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam omnes sorores habeant: si verò concurrant fratres vel soli vel unâ cum fororibus, tunc inter illos & matrem dividatur hereditas in capita, §. 5. *I. d. t.*

XI.

Similiter nec liberi ad successionem matris admittebantur. Verùm *SCto-Orficiano* admissi & omnibus agnatis præpositi sunt, *pr. I. ad SCtum Orfic.* Nepotes verò & neptes ad aviæ hereditatem Principali- bus constitut: vocati sunt §. 1. *I. d. t.*

XII.

Suis verò & legitimis non extantibus, lex 12. tab. cognatos non vocabat, sed hereditas tanquam vacans fisco cedebat. Sed quia iniquum hoc videbatur, Prætor cognatos vocavit per bonorum possessionem *Unde cognati. l. 1. pr. l. 2. ff. und. cogn.* Et hæc satis de lege veteri.

XIII.

Lege novâ aliter se res habet, & quidem ex *Nov. 118.* omnis ab intestato successio tribus cognoscitur ordinibus, *descendentium sc. ascendentium & collateralium.* Primus ordo est *descendentium seu liberorum:* & quamdiu hi supersunt, omnes alii sive sint ascendentes sive collaterales excluduntur, adeò ut licet defunctus sub alteriùs fuerit potestate, liberi tamen ejus præferantur parentibus illis in rebus, quæ filio vivente parenti non sunt acquisitæ *l. 4. C. de bon. quæ lib. l. ult. C. comm. de succ. Nov. 118. c. 1. auth. in successione C. de suis & legit.* Hos enim naturæ simul & parentum

ordo descen-
dentium.

parentum commune votum ad successionem vocat ut
inquit Papinianus in *l. 7. §. 1. ff. und. liber. & vivo etiam*
patre quodammodo domini bonorum paterno-
rum dicuntur *l. 11. ff. de liber. & posthum.* Ve-
rùm quia liberi vel sunt spirituales vel seculares.
Seculares rursùm vel legitimi vel illegitimi: legitimi
iterùm vel naturales & legitimi simul, vel legitimi
tantùm, non inconueniens erit, de eorum succes-
sione singulatim quid dicere.

XIV.

Liberi spirituales, ut suscepti ex sacro baptismo,
quamvis tam jure civili, *l. 26. C. de nupt.* quàm cano-
nico *tit. 10. de cogn. spirit.* hæc cognatio impedimen-
to fuerit nuptiis, nimirum I. ob paternam quandam
conjunctionem *d. l. 26.* II. ob ætatis latum discrimen.
Goth. in *addit. ad Schneid. ad tit. de hered. quæ ab int. defer. c. de prim. ora. succ. n. 2. lit. a.* quod
secus hodiè Groenweg. *ad d. l. 26.* unde illam cognationem
fictam & imaginariam vocat Rittershus. *lib. 1. differ. c. 15.* ab intestato tamen parentibus spiri-
tualibus non succedunt Ludwell *de jur. noviss. success. ab int. ad calcem d. t. de success. descend. reg. 1. n. 2.*

XV.

Seculares legitimi, qui dicuntur naturales & legi-
timi simul, sunt illi qui ex justis nuptiis procreati
sunt *pr. I. de nupt.* Et hi aliquando omnes sunt
primi gradus, aliquando ulterioris, aliquando mixti
i. e. ex primo & ulterioribus gradibus.

XVI.

Ut verò constet quâ ratione descendentes hi suc-
cedant, præmittendum censeo omnem successionem
fieri vel in capita vel in stirpes. In capita (Germanicè

B

in

in die häupter) succeditur, quando tot fiunt partes quot sunt personæ & capita succedentium; & habet locum quando omnes veniunt suo jure & ex propriâ personâ. In stirpes (Germanicè in die Stämme) quando non secundum numerum personarum, sed secundum stirpes hereditatis fit divisio, ut quotquot sunt nepotes ex filio, tantum accipiant, quantum pater eorum accepturus fuisset: & obtinet quando succedentes non tam ex suâ personâ, quàm ex alterius in cuius locum surrogantur, ad hereditatem vocantur. Suth. d. diff. II. aph. 47.

XVII.

Quando omnes sunt primi gradus, parentibus ab intestato defunctis in capita succedunt, & hereditas in tot partes est dividenda, quot personæ reperiuntur *d. Nov. 118. c. 1. d. auth. in successione C. de suis & legit.* Et hoc procedit, licet liberi sint emancipati, nam quoad successionem ab intestato sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis, ita ut hodiè emancipatus non indigeat beneficio Prætoris, putà bon. possess. cum jure civili parentibus succedere possit; cuius rei magnum effectum adducit Schneid. *c. de success. fil. nat. & leg. n. 5.* adeò etiam ut filius emancipatus excludat nepotem in potestate retentum per *d. Nov. 118. c. 1.* nec amplius secundum edictum Prætoris in *l. 1. de conj. cum emanc. lib.* cum eo jungatur. Suth. d. diff. II. aph. 49.

XVIII.

An ergò hodiè ita filius emancipatus exæquatus est suo, ut nulla prorsus inter hunc & illum remanserit differentia? Nequaquam: nam licet emancipatus hodiè æquè ac suus citra beneficium Prætoris jure civili pos-

31
li possit succedere *d. Nov. 118. c. 1. d. auth. in successione*. tamen quod ad succedendi modum adtinet adhuc hodiè remansit differentia, nam hic succedit ut suus & necessarius, ille verò ut extraneus & voluntarius §. 3. *I. de her. qual. & diff. ibique Ludwell*. Nec obstat textus *d. c. 1.* nam & textum ibidem ponderare effectum, quòd sc. unus sicut alius jure civili succedere possit, unusque tantam habeat partem sicut alius, non autem disputetur de qualitate an sc. sint sui vel extranei. Matth. Matthæfill. *tr. de success. ab. int. prim. art. princ. memb. 1. n. 4.* Ludov. Bologn. *in addit. ad eund. d. art. memb. 3. n. 11.* Suth. *d. diff. 11. aph. 46.* Bachov. *ad Treutl. d. disp. th. 1. lit. g.*

XIX.

Sed quis est hujus assertionis effectus? Valdè magnus. Nam I. cum sui ipso jure heredes sint, hereditatem etiam non aditam transmittunt ad quoscunque; emancipati verò cum demùm per aditionem heredes existant, hereditatem nondum aditam ad quoscunque heredes non transmittunt, sed ad liberos tantum jure sanguinis. *l. unic. C. de his qui ante apert. tab.* Matthæfill. *d. memb. 1. n. 5.* Michael Grassis *in recept. sent. §. successio ab intest. q. 2. n. 3. & §. suitas q. 4.* Enenckel *de privil. parent. priv. 14. p. 1. c. 3. n. 5.* II. Patet effectus in §. 3. *I. de her. quæ ab int. defer. & in l. ult. C. de curat. furios. vel prodig.*

XX.

Hi verò liberi primi gradus vel ex eodem matrimonio nati sunt, qui germani dicti, & utrique parenti succedunt æqualiter *d. Nov. 118.* vel ex diverso & quidem uno patre qui consanguinei dicuntur, & in bonis paternis æqualiter, in maternis quilibet

B 2

matri

matri suæ: vel ab unâ matre qui uterini dicuntur, & in maternis æqualiter, in paternis quilibet patri suo. *l. 4. ff. ad SC. Tertyll. l. 3. 4. & 5. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 29. Forster. d. tr. lib. 4. c. 16. Richt. de success. sect. 1. memb. 1. n. 17.* Limita tamen hoc, si pactum de unione prolium interpositum sit, quia tunc æqualiter succedunt. *Ludwell. d. reg. 1. n. 11. de quo pacto vide Gail. 2. obs. 125. per tot. Jacob. Rickium integro tractatu.*

XXI.

Quando omnes reperiuntur ulterioris gradûs, successio fit in stirpes propter jus repræsentationis *d. Nov. 118. c. 1. §. 6. l. de her. quæ ab int. defer. l. 2. C. de suis & legit.* Ratio est quia remoto filio statim nepotes in ejus locum intrant, & personam ejus repræsentant, *l. 1. §. 4. de suis & legit.* & sic non alio quam repræsentationis jure succedere possunt. *d. §. 6. ibique Ludwell.*

XXII.

Quando cum liberis primi gradûs concurrunt nepotes ex filiis primi gradûs præmortuis, tùm qui sunt primi gradus in capita, qui ulterioris in stirpes vocantur jure repræsentationis. *d. Nov. & d. auth. in successione.* Et procedit non solum in nepotibus, sed etiam in pronepotibus per *d. §. 6.* Unde si quis moriatur, superstite uno filio, & duobus nepotibus ex filio præmortuo, & quatuor pronepotibus ex alio filio præmortuo, hereditas in tres partes est dividenda, unam habebit filius, alteram duo nepotes, tertiam tres pronepotes. *Matthæfill. d. memb. 1. n. 8. Joh. Brunneman. ad tit. C. de suis & legit. Gomez. 1. var. resol. 1. n. 15.*

Immò

XXIII.

Immo non solum in pronepotibus, sed etiam aliis
 ulterioribus in infinitum locum habet. Et quamvis
 Angel. Joh. Fab. in *d. §. 6.* & plures alii quos citat
 Forster. *l. 4. c. 21. n. 5.* contendant jus repræsentatio-
 nis non esse extendendum ad abnepotes & ulteriores,
 tamen contrarium verius est, tum per textum in *§.*
fin. I. de her. q. ab int. defer. ibi. & alias deinceps per-
sonas, tum per *d. Nov. 118. c. 1. ibi. aut alios descen-*
dentibus, & mox in *eod. c. in hoc ordine gradum quæ-*
ri nolumus. Cin. *tr. de success. ab int. post princ. n. 3.*
 Schneid. *d. c. n. 17. & seq. Suth. d. diff. apb. 50.* Hahn.
ad Wes. t. de grad. & affin. n. 14. Cl. D. Feltman. *in*
Sciagraphiâ de success. ab int. ord. descend. n. 7.

XXIV.

Liberi seculares legitimi tantum, sunt illi quos ad-
 optamus: & dicuntur legitimi quod lex ipsos libe-
 ros faciat ad naturæ imitationem; suntque vel ad-
 optivi in specie, vel arrogati.

XXV.

Adoptivi in specie sunt, qui adhuc habentes pa-
 trem naturalem, in cuius existunt potestate, ab alio
 patris naturalis consensu adoptantur *§. 1. I. de adopt.*
 & hi rursùm vel adoptati sunt ab extraneo, vel ab
 uno ascendentium, avo nempe paterno vel mater-
 no.

XXVI.

Priori casu quando adoptatur quis ab extraneo id
 est ab illo qui non est ex ascendentibus, Bachov. *ad.*
§. 2. I. d. t. n. 1. licet in adoptantis familiam minimè
 transeat, tamen ei succedit sicut filius naturalis & le-
 gitimus, *l. 5. C. de suis & legit hered.* etiam cum aliis le-

B 3

gitimis

gitimis & naturalibus *d. l. 5.* Matthæfill. *d. art. prin. memb. 3. n. 1.* Bologn. *in addit. n. 19.* Schneid. *c. de success. filior. adopt. n. 2. & 3.* Forster. *l. 5. c. 2. n. 1. & 2.*

XXVII.

Sed quæritur si pater adoptivus superstitem habeat aliquem ascendentium patrem nempe vel avum, an nihilominus filius adoptivus si solus sit ipsi præponatur? *æ.* quod sic cum Forstero *lib. 5. c. 2.* per *l. pen. §. 1. in fin. C. de adopt.* quæ vult habere eos in successione jus sui heredis, & notum suos heredes omnibus ascendentibus præponi, *§. 1. I. de her. q. ab int. l. 2. §. 6. ff. ad SC. Tertyll.* & hoc de rigore juris non verò de æquitate verum esse dicit Matthæfill. *d. memb. 3. n. 3.* Sed si probari posset in fraudem parentum & filiorum naturalium adoptionem factam esse, subveniretur ipsis per remedium positum in *l. 1. & 2. C. de inoff. donat.* Matthæfill. *d. memb. 3. n. 2. & 3.*

XXVIII.

Cum hoc tamen moderamine intelligendum quod dixi *th. 26.* ut procedat, quando filius adoptatus in adoptione ad mortem patris adoptivi permanserit. Nam si emancipatus fuerit, ab intestato ei non succedit. *d. l. pen. §. 2. C. de adopt. §. 11. I. d. t.* Sed patri suo naturali *d. l. pen. in fin. pr.* Imò etsi emancipatus non fuerit, tamen patri suo naturali succedit; *§. 14. I. d. t. d. l. pen. in pr. Bachov. ad Treutl. d. disp. 16. th. 2. lit. h.* quia hoc casu in potestate patris sui naturalis manet, & omnia jura naturalia ei integra reservantur, perindè ac si adoptio non fuisset secuta; quia non transit in potestatem patris adoptivi. *§. 2. I. de adopt. Forster. l. 5. c. 2. n. 11. & seq. Treut. 1. disp. 2. th.*

2. th. 10. lit. a. ibique Bachov. Ungepaar exerc. 3. q. II.
Dissent. Wissenb. 1. disp. ff. 4. th. 31.

XXIX.

Posteriori casu quando sc. quis ab uno ascenden-
tium adoptatur, sic juris est, ut talis adoptatus, quia
statim transit in potestatem adoptantis, ei succedat
unà cum patre suo, & quia desinit esse in potestate
patris naturalis, etiam ei ab intestato non succedat,
textus est in *d. l. pen. v. si verò pater naturalis C. d.*
t. Limita tamen si emancipatio intervenerit, nam
illà factà vivo patre naturali, succedit quoque patri
naturali ab intestato, *d. l. pen. in fin. pr.* factà verò eo
mortuo, avo suo succedit jure communi ut nepos.
Bachov. *ad Treutl. d. disp. 16. th. 2. lit. 1.* Ludwell.
ad d. §. 14. I. h. t. Dissent. Forster. *l. 5. c. 3.* Treutl. *d.*
th. 2. lit. 1.

XXX.

Arrogati liberi sunt, qui cum sui juris sint, se ar-
rogandum seu adoptandum alteri dederunt §. 1. *I. de*
adopt. Et hi cum in potestatem arrogatoris transe-
ant, etiam ei ut filii naturales & legitimi ab intesta-
to succedunt, non solum illis in bonis quæ transtule-
runt ad arrogatorem, sed etiam in bonis ipsius arro-
gatoris *d. l. pen. §. 1. C. de d. t.*

XXXI.

Hoc verò procedit si maneat in potestate arroga-
toris usque ad mortem: sed si emancipati fuerint di-
stinguendum est. Vel enim sunt puberes vel impube-
res: Impuberes si ex justà causà emancipentur, omnia
sua bona recipiunt, quæ ad arrogatorem transtule-
runt: Si verò vel injustè emancipentur vel exhere-
dentur, jubetur ex constitutione D. Pii arrogator,
præter

præter bona quæ ad patrem adoptivum transtulerunt quartam bonorum suorum eis relinquere §. 3. *I. de adopt.* quæ non est portio quarta legitimæ ab intestato debitæ, sed universorum bonorum patris *d. §. 3. l. 22. §. 1. ff. de adopt. l. 2. C. eod. l. 8. §. 15. de inoff. test. l. fin. si quid in fraud. patron. l. 10. §. 6. de vulg. & pupill. subst. Timæ. Fab. disp. ann. 5. th. 7. Hœnon. disp. I. 2. th. 24. Suth. diff. 12. aph. 69. Ungep. exerc. 3. q. 12. Struv. exerc. 3. th. 60. Dissent. Bachov. ad Treutl. d. disp. 2. th. 9. lit. e. Vinn. ad d. §. 3. n. 3. Schneid. ad d. §. 3. n. 10. Puberes verò emancipati in nihilo succedunt Forst. l. 5. c. 4. Hodiè cum hi liberi saltem pro alumnis habeantur, Groeneweg. ad tit. *I. de adopt.* tota disputatio de illorum successione hodiè est inutilis. Idem Groeneweg. ad §. 14. *I. b. t.* Vid. Dn. Feltman in sciag. d. ord. n. 15.*

XXXII.

Et hæc de liberis legitimis. Illegitimi vel sunt naturalitatis vitium retinentes vel amittentes, quod fit legitimatione. Illud retinentes in triplici sunt differentiâ, vel enim sunt naturales in specie sic dicti, vel spurii seu vulgò quæsitii, vel ex damnabili coitu nati, & quia eorum successio diversa, de singulis quoque separatim agemus.

XXXIII.

Naturales in specie sic dicti sunt illi qui nati sunt ex muliere concubinâ Forster. 6. c. 2. n. 3. (: quæ autem requirantur ut quæ dici possit concubina, de his adi eundem *d. l. 6. c. 7. per tot. :*) Quando de horum successione quæritur duo casus præcipuè sunt distinguendi: Aut enim quæstio est, quomodo succedant aut patri aut matri. Quando patri, tum

Aut

XXXIV.

Aut pater reliquit filios ex justis nuptiis procreatos, & prorsus ab hereditate paternâ excluduntur, *Nov. 89. c. 12. in fin. auth. licet C. de natural. liber. Matthæill. d. art. prin. memb. 2. n. 3. in fin. Roland. Pasfager. tr. de success. ab. int. n. 25. Schneid. c. de success. liber. natur. n. 9.*

XXXV.

Aut non reliquit filios ex justis nuptiis procreatos, sed legitimam conjugem, & licet conjunx non succedat, ipsa tamen facit quod naturales repellantur, *d. Nov. 89. c. 12. §. 4. & 6. d. auth. licet. Roland. d. n. 25. & in addit. Gerhard. Mulert. Ratio hæc reddi potest secundum Schneid. d. c. n. 9. favor & honor matrimonialis propter quem noluit lex, ut vivente uxore legitimâ, naturales succedant in memoriam præteriti matrimonii. Nota in transcursu falsitatem brocardici ex l. 14. §. 3. de div. & temp. præsc. si vinco vincentem te, multò magis vinco te; nam naturales excludunt agnatos quantum ad duas uncias, & agnati vincunt uxorem l. 1. C. und. vir & uxor. & tamen naturales non vincunt ipsam. His tamen duobus casibus alendi sunt à legitimis defuncti successoribus boni viri arbitrato. d. Nov. c. 12. §. 4. d. auth. licet.*

XXXVI.

Aut non reliquit filios naturales & legitimos, neque uxorem legitimam & succedunt patri naturali in duas uncias, cum matre concubinâ, si fortè superstes, in capita dividendas. *d. c. 12. §. 4. Din. Mugell. tr. de success. ab intest. n. 6. Roland. d. n. 25.*

C

Nota

XXXVII.

Nota tamen prædicta solummodò procedere in liberis primi gradûs, non verò secundi vel ulterioris, nam hi avo vel proavo paterno non ... cedunt: Si ergò quis v. g. ex filio naturali habeat nepotem naturalem tantùm, vel ex filio legitime nepotem naturalem tantùm, vel quod plus est, nepotem naturalem & legitimum ex filio naturali tantùm, is nepos nullo modo ab intestato avo suo succedere potest. *l. 12. C. de natur. liber.* Matthæill. *d. memb. 2. n. 4.* Roland. *d. tr. n. 31.* Forster. *l. 6. c. 10. n. 5.* Schneid. *d. c. n. 9. in fin.* Dissent. Din. *d. tr. n. 6. §. & quod dixi.* & plures alii quos allegat Treutl. *d. disp. 16. th. 3. lit. c.*

XXXVIII.

Quando quæstio est quomodo matri: sic se res habet, ut etiã cum aliis filiis legitimis & naturalibus succedant, perindè ac si nati essent ex legitimo matrimonio, *l. pen. in fin. C. ad SC. Orfic.* quod & procedit etiamsi mater sit illustris. Matthæill. *d. memb. 2. n. 2. §. ista autem regula.* Roland. *d. tr. n. 28. §. secundo v. casu &c.* Forster. *6. c. 11. n. 3.* Suth. *d. disp. 11. aph. 56.* Sed hodiè cum concubinatus sit illicitus, Cl. Dn. Feltn. *d. tract. c. 3. n. 4.* Wissenb. *1. disp. ff. 49. th. 25.* Treutl. *d. disp. th. 3. lit. a.* horum liberorum non aliud jus est quàm spuriorum. Groeneweg. *ad. l. 2. C. de natur. liber. n. 3. & 4.* Dissent. Carpzov. *p. 2. decis. 167. n. 16.*

XXXIX.

Spurii propriè illi sunt, qui vulgò quæsi sunt, & patrem demonstrare non possunt: vel qui possunt quidem, sed eum habent quem habere non licet. *l. 23. ff. de stat. homin.* Quales sunt, qui ex meretrice, quæ

39
quæ corpus suum publicè libidini prostituit, quæsitum
sunt: Deindè illi qui suscipiuntur ex coitu soluti
cum soluta, quæ tamen ob libidinem corporis sui co-
piam omnibus non fecit. Forster. *d. l. 6. c. 46. n. 6.*
& 9. Et de horum successione duo itidem casus sunt
distinguendi: vel enim quæritur qualiter patri succe-
dant, vel qualiter matri.

XL.

Priori casu talis est conclusio, quòd patri nullo
modo ab intestato succedant: ratio hæc est quia pa-
trem prorsus habent incertum, & licet eum demon-
strare possint, juris censurâ tamen sinè patre esse cen-
sentur, §. 12. *I. de nupt. ibique Vinn. n. 2. d. l. 13. l. 3.*
C. sol. matrim. Forster. *6. c. 47. n. 1. 2. & 3.* Din. *d.*
tr. n. 11. Treutl. *d. th. 3. lit. e.* Suth. *d. dis. 11. aph. 57.*

XLI.

Posteriori casu sic distinguendum est: Aut mater
est illustris, & habet liberos alios ex legitimo matri-
monio natos, & non succedunt matri. *d. l. pen. C. ad*
SC. Orfic. Si verò non habet alios liberos ex legitimo
matrimonio natos, & eos ad successionem admitten-
dos satis ex *d. l. pen.* colligitur: Matthæfill. *d. memb.*
2. n. 2. Bologn. *in addit. n. 16.* Mulert. *in addit. ad*
Roland. d. tr. n. 28. in fin. Forster. *6. c. 48. n. 3.* Bachov.
ad Treutl. 1. disp. 13. th. 2. lit. c. Hœnon. *disp. P. 9.*
th. 7. lit. e. Ludwell. *exerc. I. 10. th. 2. lit. i.* Aut ma-
ter non est illustris, & tunc indistinctè ei succedunt,
etiam unâ cum legitimis. §. 3. *I. ad SC. Orfic. l. 1. §.*
2. ff. ad SC. Tertyll. Vasquius *de success. creat. §. 10.*
n. 494. Grassis §. *ab intestato. q. 18. n. 7.*

XLII.

Ex damnato coitu nati liberi, sunt incestuosi, ut
C 2 qui

qui propriè dicuntur nati ex lineâ transversali in gradu prohibito l. 38. §. 2. & 3. ff. ad L. Jul. de adult. Nefarii, ut qui nati sunt ex ascendentibus & descendentibus §. 1. l. de nupt. Item adulterini, qui ex adulterio. Din. d. tr. n. 13. Schneid. c. de success. liber. ex damn. coit. nat. & pr. l. de adopt. n. 4. De his talis est conclusio quod nec patri nec matri succedere possint. d. Nov. 89. c. fin. Nov. 74. c. ult. Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Et quamvis quidam dd. Nov. ad patrem referre velint, ex eo quòd in d. Nov. 74. in fin. tantùm patrum fiat mentio, & quòd utraque Nov. de successione & legitimatione à patre factâ aperte loquatur, & ne sic quidem hos liberos à matris successione esse repellendos, contrarium tamen verius est, ex eo quòd hi liberi nec naturalium nomine digni, nec ulla ipsis participanda sit clementia. dd. Nov. Ita sentiunt nobiscum Matthæill. d. memb. 2. n. 1. & 8. Bologn. in addit. memb. 3. d. art. princ. n. 18. Din. d. tr. n. 14. Roland. d. tr. n. 27. & in addit. Mulert. n. 28. Schneid. d. c. n. 2. Suth. d. diff. aph. 58.

XLIII.

Ampliatur præcedens, ut ne alimenta quidem iis debeantur de jure civili, d. auth. ex complexu. d. Nov. 74. c. ult. & d. Nov. 89. c. ult. Quod tamen mitigatum jure Canonico, c. cum haberet 5. in fin. de eo qui duxit in matrim. Forster. 6. c. 50. n. 3. Suth. d. aph. 58. Wissenb. d. disp. ff. 49. th. 16. Bach. ad Treutl. d. th. 3. lit. g. quod mores sequuntur, Dn. Richt. d. sect. 1. memb. 3. n. 3. quia rationi naturali conveniens ut ait M. Ant. Peregrinus de jure fisci lib. 3. c. 18. n. 55. Adeò etiam ut eis possint reliqui in testamento, dummodò relinquantur alimenta moderata, attentâ sc. qualitate personæ

næ

næ & quantitate alimentorum, Bologn. d. n. 18.

XLIV.

Vitium illud naturalitatis amittentes, ut diximus *th.* 32. sunt legitimati, qui rursus in triplici sunt differentiâ, vel enim sunt legitimati per subsequens matrimonium, vel per rescriptum Principis, vel per oblationem curiæ.

XLV.

Legitimati per subsequens matrimonium, etiam in articulo mortis contractum, Forster. 6. c. 22. *per tot.* Gail. 2. *obs.* 141. n. 8. sed quod contrahi potuit tempore conceptionis, per *c. tanta.* 6. *qui filii sint legit.* & licet aliud matrimonium fuerit intermedium, *l. 20. ff. sol. matr. l. 36. l. 41. ff. de jur. dot.* Forst. 6. c. 23. n. 15. & ab eo allegati Dd. n. 1. cum per omnia legitimè natis comparentur, §. 2. *I. d. t. Nov.* 74. c. 2. *d. c. tanta.* Forster. 6. c. 28. *per. tot.* si soli sint parentibus ab intestato soli, cum naturalibus verò & legitimè natis æqualiter succedunt. *d. §. 2. I. d. t. d. Nov.* 74. c. 2. *d. Nov.* 89. c. 8.

XLVI.

Quæstio hic agitari solet an sc. ita legitimati etiam in feudo succedere possint? Nos rejectâ multorum sententiâ dicimus quòd possint, idque propter vim matrimonii, cujus tanta est vis, ut maculam omnem purget, adeò ut ante illud matrimonium nati verè sint legitimi, non minus ac si ab initio ex legitimo matrimonio concepti fuissent, ideoque omnia jura legitimorum adipiscantur, nihilque differant à legitimis, *Nov.* 12. c. *fin. d. Nov.* 74. c. 1. & 2. *d. Nov.* 89. c. 8. *d. c. tanta* 6. *qui fil. sint legit.* Et hæc definitio adeò vera est, ut quamvis investitura loquatur de fi-

C 3

liis

36

liis legitimè natis, nihilominus tamen ad successio-
nem feudi admittantur. Sic sentiunt Mynsing. 5. obs.
42. Gail. 2. obs. 141. n. 2. Treutl. 1. disp. 2. th. 6. lit. f.
Cl. Struve syntag. jur. feud. c. 9. aph. 11. n. 4. Dissent.
Ludwell. synop. jur. feud. c. 10. & ibidem allegati Dd.

XLVII.

Legitimati per rescriptum Principis, vel per alios
ab ipso Principe potestatem habentes, ut sunt Co-
mites Palatini, cum hic modus legitimandi non ha-
beat locum nisi alii verè legitimi non extent, *d. Nov.*
89. c. 9. soli succedunt. Ratio differentiaè est: quòd
matrimonium omnia præcedentia purget, & ita legi-
timati ex legitimo matrimonio nati intelligantur, *d.*
c. tanta 6. Principum autem rescripta in præjudicium
tertii concedi haud soleant. *l. 2. l. 7. C. de prec. imp.*
offer. Limitatur autem, si liberi post legitimationem
factam nati sint: nam res perfecta & consummata, li-
cet perveniat ad eum casum à quo incipere non po-
test, non irritatur, §. 14. *I. de legat. c. factum legi-*
timè de reg. jur. in 6. Gail. 2. obs. 145. n. 5. Bachov.
ad Treutl. d. disp. th. 2. lit. e. Dissent. Treutl. *d. l.*

XLVIII.

Legitimati vel oblationem curiaè, unà cum aliis li-
beris succedunt, si parens ipse filios naturales obtu-
lerit, *d. Nov. 89. c. 2. §. 1. & 2.* Sed hic legitimandi
modus à foro nostro recessit, Dn. Richter. *d. sect. 1.*
memb. 2. n. 14. vel quod sordi sibi esse putent cæteri
fecus ac olim, vel quòd tot alii sint competitores.
Cl. Dn. Feltman. *in spicil. ad Inst. §. ult. de nupt.*
verb. curiaè datus. n. 16. Et tantùm de primo ordine

XLIX.

Ordo ascen-
dentium.

Secundus ordo successionis ab intestato est ascen-
dentium,

37
dentium, d. Nov. 118. c. 2. quibus, liberis in infinitum deficientibus, turbato mortalitatis ordine, l. 15. ff. de inoff. test. ex ratione miserationis, l. 7. §. fin. ff. si tab. test. null. extab. in solatium liberorum amissorum, arg. l. 6. ff. de jur. dot. hereditas defertur. Notandum verò tot esse species parentum, quot sunt liberorum, pater enim & filius sunt correlativa, quorum eadem est natura, l. fin. C. de jud. vid. toll. de eorum ergò successione separatim quoque dicendum.

L.

Sicut filii spirituales non succedunt parentibus spiritualibus ut supra th. 14. dictum, ita & contra parentes spirituales non succedunt liberis spiritualibus ex naturâ correlativorum, Ludov. Bologn. in addit. ad Matthæ fill. 2. art. princ. memb. 4. n. 3. Forster. l. 7. c. 19. n. 5.

LI.

Parentes seculares naturalès sc. & legitimi simul, sunt vel primi gradûs, ut pater, mater, vel secundi & ulterioris, ut avus, proavus. Primi gradûs si sunt, tum vel reperiuntur soli, vel concurrunt cum aliis vel ascendentibus vel collateralibus.

LII.

Si sunt soli, tunc filio filiaque æqualiter succedunt, d. Nov. 118. c. 2. auth. defuncto. C. ad SC. Tertyll. nec mater à patre, ut olim fiebat, l. 2. §. 15. ff. ad SC. Tertyll. l. 2. C. eod. l. 10. ff. de suis & legit. hered. §. 3. v. pater. I. ad SC. Tertyll. amplius excluditur. Schneid. de 2. ord. succed. c. de succ. par. nat. & leg. n. 9. Hahn. ad Wes. tit. de grad. & affin. n. 15.

LIII.

Quæstio hic movetur ab interpp. si fortè filius in potesta-

potestate constitutus decedat relicto matre & matrè,
an adhuc pater retineat usumfructum bonorum ad-
ventitiorum? R. affirmando, *l. ult. §. fin. C. ad SC.*
Tertyll. morte enim usufructuarii non verò proprie-
tarii usufructus extinguitur, §. 3. *I. de usufr.* Ita sen-
tiunt Matthæill. *d. 2. art. princ. memb. 1. n. 4.* Mu-
lert. *in addit. ad Roland. d. tr. n. 12.* Schneid. *d. c. n.*
14. Richt. *d. tr. sect. 2. memb. 1. n. 3.* Suth. *d. diff.*
aph. 62. Hœnon. *disp. P. II. th. 8. lit. b.* Fachinæ. *6.*
contr. 6. Bachov. *ad Treutl. d. disp. 16. th. 4. lit. b.*
Dissent. Treutl. *d. lit. b. per d. Nov. 118. c. 2.*

LIV.

Si concurrunt cum ascendentibus ulterioribus ut
avo, aviâ, proavo, proaviâ, paterno vel materno,
tunc primi gradûs parentes avum & aviam reliquos-
que ascendentes excludunt. *d. Nov. 118. c. 2. & d.*
auth. defuncto C. d. t. Jus enim repræsentationis in li-
neâ ascendenti locum non habet, nam pater paver-
fo immò præcipiti ordine caperet locum filii, quia
absolum est ut inquit Bologn. *d. memb. 1. n. 6.* quòd
aqua retrofluat, & contra naturam quodammodo est,
patrem substitui in locum filii, cum naturaliter sit
impossibile, illum fieri filium & juniorem, qui est
pater & natu grandior ut rectè dicit Schneid. *d. c. n.*
21. in fin. Dissent. vetus interpret Jacob. Butrigar. *in*
d. auth. defuncto. ut refert Bologn. *d. memb. 1. n. 5.* &
Mulert. *de tr. n. 9. & 10.* motus per argumentum de
naturâ correlativorum *d. l. fin. C. de jud. vid. toll.* de
quo in conflictu.

LV.

Si concurrunt cum collateralibus, tunc concurrunt
vel cum fratribus defuncti, vel cum fratribus & præ-
mortuorum

38

mortuorum germanorum fratrum filiis, vel fratrum germanorum præmortuorum filiis solis, vel fratrum germanorum nepotibus. Primo casu quando sc. concurrunt cùm fratribus, tùm fratres vel reperiuntur utrinque conjuncti, qui dicuntur germani, vel ab alterâ tantùm parte, qui sunt vel consanguinei vel uterini.

LVI.

Si concurrunt cùm fratribus utrinque conjunctis, tunc pater & mater succedunt cùm illis in capita, *d. Nov. & d. auth. Schneid. d. c. n. 23. Ludwell. d. l. de success. ascend. reg. 2. n. 1.* Adeo etiam, ut licet patri in omnibus adventitiis acquiratur ususfructus, *l. 6. C. de bon. quæ liber.* tamen hoc casu, quo succedit cum fratribus & eorum filiis, nunquam patri acquiratur, *d. c. 2. Nov. 118. & auth. item hereditas C. de bon. quæ lib. Matthæfill. d. memb. 1. n. 13. Schneid. d. c. n. 36. Suth. d. diss. aph. 63.*

LVII.

Si verò cùm parentibus extent fratres consanguinei vel uterini, tùm hi à parentibus excluduntur, *d. Nov. c. 2. d. auth. defuncto.* Et hoc nullum habet dubium, si fratres defuncto conjuncti, ascendentibus cùm quibus concurrunt, planè conjuncti non sunt, ut v. g. si quis decedat relicto post se fratre uterino & patre legitimo, tùm sinè dubio pater solus succedit filio suo, & frater uterinus excluditur, patrem defuncti nulla consanguinitate attingens. At si frater ab uno tantùm latere conjunctus, parentem quoque sanguinis vinculo contingat, putà consanguineus cùm patre, vel uterinus cùm matre concurrat, quamvis Berlich. *p. 3. conclus. 23. n. 9.* ubi & hoc præjudicio confirmat,

D

mat,

mat, velit ipsum fratrem à parente, non excludi, tamen contrarium magis placet per *d. c. 2.* ubi soli fratres utrinque conjuncti cùm parentibus admittuntur, & consequenter omnes ab alterâ tantùm parte conjuncti, indistinctè excluduntur. Ita volunt Suth. *d. diff. aph. 64.* Dn. Hahn. *ad Wes. d. t. n. 15. v. uno latere conjuncti.* Ludwell. *d. reg. 2. n. 7.* Bachov. *ad Trentl. d. th. 4. lit. e.* Dn. Struv. *d. exerc. th. 28.* At contrarium in praxi observari ex Borcholto tradit Hahn. *d. n. 15.*

LVIII.

Si concurrunt cùm fratribus & præmortuorum germanorum fratrum filiis, tùm etiam hi admittuntur in stirpes jure repræsentationis, non quidem ex *d. Nov. 118.* quæ eos expressè removet *d. c. 2.* sed ex *Nov. 127. c. 1.* ut rectè Forster. *d. l. 7. c. 5. n. 2. & seqq.* monet. Cin. *d. tr. part. 2. n. 2.* Schneid. *d. c. n. 28.* Hahn. *d. n. 15.*

LIX.

Si concurrunt cùm fratrum præmortuorum filiis solis, & hos quoque pariter cùm patre & matre admitti in stirpes concludimus, idque *arg. rubr. d. Nov. 127.* ubi: *ut fratrum filij pariter succedant ad imitationem fratrum etiam ascendentibus extantibus.* Cin. *d. part. 2. n. 5.* ubi ex professo hanc quæstionem tractat. Schneid. *d. c. n. 29.* Forster. *l. 7. c. 7. n. 2.* Ludwell. *d. reg. 2. n. 5. & d. exerc. th. 3. lit. 1.* Hahn. *d. n. 15.* Richt. *d. sect. 2. memb. 1. n. 17.* ubi & præjudicium vide. Struv. *d. exerc. th. 29.* Cl. Dn. Feltman. *d. sciagraph. ord. ascend. n. 9.* Dissent. Bachov. *ad Trentl. d. th. 4. lit. g.* Suth. *d. diff. aph. 66.* Hoënon. *d. disp. ff. 9. th. 9.* Zoëf. *ad tit. ff. de su. & leg. hered. n. 29.*

Si

LX.

Si concurrunt cum fratrum germanorum nepotibus tum ascendentes hos excludunt, representationis enim jus in lineam collateralis ultra fratrum filios non extenditur. *d. Nov. c. 3. & facit rubric. d. Nov. 117. ubi: ut fratrum filij &c. Matthæfill. d. memb. 1. n. 13. in fin. Bologn. in addit. n. 13. & 15. Cin. d. part. 2. n. 10. Forster. 7. c. 6. n. 3. & 4. Schneid. d. c. n. 31. Carpzov. part. 3. jurispr. forens. const. 17. def. 4. per tot. Grassis §. ab. intest. q. 23.*

LXI.

Secundi vel ulterioris gradus parentes si sunt, tum rursus vel reperiuntur soli, vel concurrunt cum aliis: soli & sunt in gradu pari vel dispari.

LXII.

Quando sunt in gradu pari & diversæ lineæ h. e. ex paternam & maternam lineam pares in gradu, sed dispari numero, non in capita, sed in stirpes vel potius in genera fit successio i. e. unus ex una lineam tantum capit, quantum duo ex altera v. g. Titius moritur, relictis ab altera parte avia & avo paterno, ab altera vero avia maternam tantum, hic utriusque generis ascendentes quidem succedunt, quia pares in gradu sunt, sed ita tamen ut hereditas in duos dividatur semisses, quorum unum capiant avia avusque paternus, quæ duæ personæ in hac lineam concurrunt, alterum vero avia materna, quæ sola superest. *d. e. 2. Matthæfill. d. memb. 1. n. 7. Din. d. tr. n. 15. Roland. d. tr. n. 8. in fin. Cin. d. p. 2. n. 6. Hahn. ad Wesf. d. n. 15. Schneid. d. c. n. 22. Forster. 7. c. 4. n. 1. & 5. Richt. d. sect. 2. memb. 1. n. 12.*

D 2

Sed

LXIII.

Sed quid videtur nonne hoc casu distinctio bonorum est facienda, ita ut ex lineâ paternâ profecta bona ad paterni generis ascendentes, ex lineâ verè maternâ ad materni generis devolvantur? Nequaquam: quamvis enim & magni nominis authores reperiam sic statuere ut Matthæill. *d. memb. l. n. 7. Bologn. in addit. n. 8. Mulert. in addit. ad Rolan. n. 11. in fin. Schneid. d. c. n. 12. & 22. Richt. d. memb. l. n. 10. Berlich. p. 3. concl. 20. n. 15. & plures quos citat Forster. d. c. 4. n. 6. & Treutl. d. th. 4. lit. c.* tamen juri magis consentaneum esse statuo hoc casu sinè discrimine bonorum ascendentes venire, motus præcipuè *arg. l. 10. §. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. & arg. l. 30. §. 1. ff. de excusat.* tum per illa quæ adducit Forster. *d. c. n. 12. usque ad. n. 23. Consent. Bald. in d. auth. defuncto. Wesenb. in addit. ad Schneid. d. n. 12. lit. a. & b.* ubi usu hanc sententiam servari dicit. *Hœnon. d. disp. ff. 9. th. 8. lit. e. & disp. I. 12. th. 7. Hartm. l. 2. obs. tit. 43. obs. 3. Ludwell. d. l. de suc. ascen. reg. 1. n. 4. & d. exerc. th. 3. lit. e. Suth. d. diss. aph. 60. Treutl. d. th. 4. lit. c. & ibi Bachov. Vinn. l. 3. I. de success. parent. n. 1. Struv. d. exerc. th. 27. Mynsing. 6. obs. 55. Cl. Dn. Feltman. d. ord. ascend. n. 13.*

LXIV.

In gradu dispari quando sunt, valet regula hæc: proximior gradu remotiorem excludit. *d. c. 2. v. si autem plurimi & c. d. auth. defuncto in verbo. Salvâ sui gradûs prærogativâ.* Treutl. *d. th. 4. lit. d.* Hahn. *ad Wes. d. n. 15.* Vide quæ dixi supra *th. 54.*

LXV.

Quando concurrunt cùm aliis, & iterum vel concurrunt

40
currunt cum fratribus germanis, vel fratribus germanis & fratrum filiis, vel fratrum germanorum filiis solis, vel fratrum nepotibus.

LXVI.

Si concurrunt cum fratribus germanis, & succedunt cum ipsis defuncto in capita. *d. auth. defuncto. d. c. 2. ibi. cum proximis gradu d. Nov. 127. ibi. si moriens relinquat ascendentium aliquem & arg. l. 92. de V. S.* Nec enim eorum opinionem sequendum, qui avum & aviam ulterioresque ascendentes à fratribus defuncti excludi contendunt, ut sic sensisse Martinum veterem Gloss. testatur Suth. *d. diff. aph. 67.* licet enim, si cum fratribus adsint parentes primi gradus, ulteriores excludantur, inde tamen non rectè concluditur, quòd præmortuis primi gradus parentibus, ulteriores à fratribus excludantur, quoniam priori casu frater non jure proprio, sed propter parentem excludit avum, & reverà ipse non excludit avum, sed pater, cum quo eum concurrere vult Justinian: ut sic rectè dicit Bachov. *ad Treutl. d. th. lit. e.* & ulterius rectè ponderando textum inveniemus non fuisse dubium de admissione ascendentium, nam ipsi omninò succedebant descendentes, sed potius de exclusione fratrum, qui videbantur excludi per omnes ascendentes, quibus magis debebatur hereditas descendentes quàm collateralibus. Consentunt Matthæfill. *d. memb. 1. n. 9. in fin. & ibi Bologn. Din. d. tr. n. 15. verb. avo vel avia. Roland. d. tr. n. 18. ibique Mulert. Cin. d. p. 2. n. 8. & 9. Oswald. Hilliger. Don. Enucl. lib. 9. c. 4. lit. g. Grassis d. S. q. 23. n. 5. Schurer. de success. tit. 19. ampl. 3. Schneid. d. c. n. 25. 26. & 27. Richt. d. memb. 1. n. 13. 14. & 15.*

D 3

Forster.

Forster. 7. c. 6. n. 1. & 2. Bachov. ad Treutl. d. lit. e.
Dissent. Treutl. d. lit. e. Zoef. d. tit. ff. n. 31.

LXVII.

Ad thesin proximè præcedentem pertinet quæ-
stio hæc: an & in capita fiat successio, si ascendentes
diuersarum linearum v. g. avus aviaque paterni & a-
via materna concurrunt cum fratribus? R. quòd fra-
tres cum ascendentibus omnibus in casibus in capita
non in genera admittantur, d. c. 2. ubi: *ut & ascen-*
dentium & fratrum singuli equalem habeant portionem.
Interventus enim fratris efficit, ut parentes etiam
viriles habeant partes, qui si soli essent in dispares
succederent. Hanc opinionem probant Matthæfill.
d. memb. 1. n. 11. ubi hoc esse mirabile & notandum di-
cit. Forster. d. c. 6. n. 7. & 8. Bachov. ad Treutl. d.
th. 4. lit. c. & f. Fachin. 6. c. 7. Ludwell. d. reg. 2. n.
2. & d. th. 3. lit. h. Struv. d. exerc. th. 28. ubi & hanc
esse communem asserit. Dissent. Maynard. & Bar-
ry ut refert Struv. d. l. qui existimant fratres quidem
in virilem admitti portionem, sed deindè ascenden-
tes in reliquam hereditatem succedere secundum ge-
nera, & sic illam residuam hereditatem in duas de-
bere dividi partes, quarum alteram avus aviaque pa-
terni, alteram avia materna acciperet.

LXVIII.

Diximus th. 66. quòd succedant cum ascendentibus fratres germani, ad differentiam nimirum fratrum ab uno tantum latere conjunctorum, qui ab ascendentibus planè excluduntur, d. c. 2. ascenden-tes enim omnibus ex latere cognatis præponuntur exceptis solis fratribus utrinque conjunctis, & eorum filiis per d. Nov. 127. Cin d. p. 2. n. 7. Schned.
d. c.

41
d. c. n. 30. Adi Nicol. Boër. *decis. Burdegal.* 185. n. 2.
Ant. Fab. *Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 31. def. 11. n. 1.* Dis-
sent. Berlich. *d. p. 3. concl. 23. n. 9.*

LXIX.

Si concurrunt cùm fratribus germanis & fratrum germanorum filiis, licet diversarum linearum numero impares ascendentes reperiantur, ipsi quidem fratres & descendentes in capita succedunt, secundum dicta *th. 67.* sed fratrum filiis assignatur solùm illa portio, quam ipsorum pater habiturus fuisset si vixisset. *d. Nov. 127. c. 1.* Hahn. *d. n. 15. in fin. §. cum ulterio-ribus.* Struv. *d. exerc. th. 29.* Richt. *d. memb. 1. n. 18.* ubi hunc casum reperies decisum.

LXX.

Si concurrunt cùm fratrum germanorum filiis solis, ipsis ascendentes in capita, sed fratrum filii in stirpes succedunt, ut *v. g.* si defunctus relinquat avum aviamque paternos, & aviam maternam, & defuncti fratris tres vel quatuor liberos, hereditas in quatuor partes est dividenda, ut unam avus paternus, alteram avia paterna, tertiam avia materna, & quartam prædefuncti fratris liberi habeant: quomodo si frater fuisset in vivis divisio esset facienda. vide *th. 67.* & sic etiam hoc casu, quia ad fratrum imitationem & liberos eorum Justinian: vocavit, *d. rubr. Nov. 127.* Matthæfill. *d. memb. 1. n. 13.* & ex eo Ludwell. *d. reg. 2. n. 5. in fin.* Dissent. Forster. *7. c. 7. n. 3.*

LXXI.

Si concurrunt cùm fratrum germanorum nepotibus, idem dicendum quod suprà *th. 60.* quòd sc. ab ascendentes excludantur. Sed annon saltem cum proavis admittuntur? & quod non *d. Nov. 127.* ubi

bi duntaxat ex privilegio conceditur fratrum filiis cum ascendentibus succedere, hoc igitur privilegium ad alios non transit, Cin. *d.p. 2. n. 10.* Et hæc dicta sufficiant de parentibus naturalibus & legitimis simul.

LXXII.

Parentes legitimi tantum, vel sunt patres adoptantes in specie sic dicti, vel patres arrogatores. Priori casu iterum subdistinguitur: vel enim pater adoptans est extraneus, in cuius potestatem non transit filius adoptivus, vel non est extraneus, sed avus paternus vel maternus in cuius potestatem transit.

LXXIII.

Quando pater adoptans est extraneus, & ipse nullo modo potest filio adoptivo ab intestato succedere, nam talis adoptio hodiè operatur tantum unum effectum, scilicet quòd adoptatus possit adoptanti succedere ab intestato, non autem è contra, §. 14. *I. de hered. q. ab int. def. & d. l. pen. §. 1. C. de adopt. Din. d. tr. n. 15. in fin. Matthæfill. d. sec. art. princ. memb. 3. n. 1. ibique Bologn. n. 2. & 3. Forster. 7. c. 18. n. 1. Richt. sect. 2. memb. 2. n. 3.*

LXXIV.

Quando verò adoptans est avus paternus vel maternus, in cuius potestatem transit filius adoptivus, tunc planum est talem parentem posse ab intestato filio adoptivo succedere. *d. l. pen. §. si verò pater naturalis. §. 2. I. de adopt.* Quia, ut Justinianus ait, in unam personam concurrunt duo vincula, naturale nempe & civile; unde huic patri jus succedendi competit, plus enim & fortius duo vincula operantur quam unum & simplex. *Matthæfill. d. memb. 3. n. 4 & in addit. Bologn. Schneid. c. de success. par. legit. tant. n. 38.*

Patres

LXXV.

Patres arrogatores succedunt filiis arrogatis, si finè liberis & post pubertatem decesserint, & in arrogatione ad mortem usque permanserint: Si verò intra pubertatem decedant, patres arrogatores ipsis non succedunt, sed cognati ejus præferuntur, §. 3. *I. de adopt. d. l. pen. §. fin. C. eod. Din. d. n. 15. Matthæsil. d. memb. 3. n. 5. ibique Bologn. Schneid. d. c. n. 39. Richt. d. memb. 2. n. 4. & 5.*

LXXVI.

Sed transeamus ad parentes illegitimos, qui quoque ex naturâ correlativorum in triplici sunt differentiâ, vel enim sunt parentes habentes liberos naturales in specie sic dictos, vel vulgò quæsitos, vel incestuosos. Primo casu quandò sunt parentes habentes naturales in specie sic dictos, distinctio omninò est faciendâ inter patrem & matrem. Quando agitur de successione patris, ita dicimus, quòd eodem modo, quo suprâ dictum est, filios naturales succedere posse patri, & è contrario pater poterit ipsis succedere, nam eorum mutua & reciproca est successio. *Nov. 89. c. 13. Auth. licet C. de nat. liber. Simon. van Leuwen. Cens. forens. lib. 3. c. 14. n. 5. in fin.*

LXXVII.

Quemadmodum ergò filius naturalis patri suo naturali ob existentiam vel filiorum legitimorum vel legitimæ conjugis succedere non potest, ut supra *tb. 35. & 36.* dictum, ita & similiter obstabunt filii descendentes naturales & legitimi, vel uxor legitima patri, ut ei hoc casu succedere non possit, ut rectè sic sentit Schneid. *c. de succ. par. nat. n. 43.* quem sequutus Richt. *d. sect. 2. memb. 3. n. 2.* Displicet ergò

E

gò

gō opinio Matthæfill. qui *d. 2. art. princ. memb. 2. n. 8. & 10.* vult ipsiūs patris filios legitimos vel uxorem legitimam obstare ei, quominus filio naturali succedere possit, quod nullam in se videtur habere rationem, nam quod hoc casu filius non potuisset succedere patri, factum id fuisset propter filios legitimos, ad quos patris successio pertinebat; diversum verò est in filio naturali decedente, nihil enim habet quod ex hereditate fratris naturalis speret filius legitimus, multò minus ipsiūs uxor: nisi pro tutandâ opinione Matthæfillani ponamus casum quo quis concubinam deseruit, & ideo ex concubinato susceptus filius dici non possit, cùm ad concubinatum præcipuè requiratur, ut indubitato affectu eam retineat. Ad Forster. *l. 6. c. 7. n. 3.* Vide Bologn. *in addit. d. memb. 2. n. 11. & 12.*

LXXVIII.

Quando de successione matris, tres præcipuè casus sunt distinguendi: vel mater sola est superstes, & sola in omnibus succedit, §. *fin. I. de SC. Tertyll. l. 2. §. 1. ff. eod. l. 2. l. 4. ff. und. cogn.* Vel superest cùm matre etiam pater naturalis, & pater succedit in duabus, mater verò in decem unciis, Matthæfill. *d. memb. 2. n. 13.* Vel superfunt cùm matre & patre etiam fratres ex eodem concubinato nati, & pater succedit in duas uncias, mater autem cùm fratribus defuncti, in reliquas decem in capita. Salicet. *in d. auth. defuncto. & ex eo Schneid. d. c. n. 45.*

LXXIX.

Secundo casu quando agitur de successione parentum vulgò quæritos liberos habentium, iterùm distinctio est facienda inter patrem & matrem. Priori casu: ut filius spurius patri suo non succedit, cùm sit
incer-

4
incertus, ita ex aduerso etiam pater ab hereditate filii vulgò quæsi excluditur, *d. l. 4. ff. und. cogn. Matthæfill. d. memb. 2. n. 8.* Forster. 7. c. 17. n. 4. Schneid. c. de success. par. vulg. quæf. n. 46. licet etiam aliquis, qui rem habuerit cum talibus meretricibus, sit adeò fatuus, ut tractet talem pro suo filio. *Matthæfill. d. n. 8.*

LXXX.

Posteriori casu, cùm mater semper sit certa *l. 5. ff. de in jus voc.* filio spurio etiam succedit, non aliter ac si ex legitimo matrimonio eum procreasset, *d. §. fin. I. ad SC. Tertyll. d. §. 4. I. de success. cogn. d. l. 4. ff. und. cogn. Matthæfill. d. memb. 2. n. 4.* Schneid. d. c. n. 47. Et hoc puto verum, licet mater sit illustris, nam ut suprâ *th. 41.* dictum fuit, filios spurios posse succedere matri illustri, nisi hæc habeat filios legitimos & naturales, talium enim favore filii spurii excluduntur *d. l. 5. C. ad SC. Orfic.* Cessante igitur favore liberorum, mater illustris ad successionem spuriorum admittetur, cùm liberi legitimi & naturales utilitatem & non incommodum ex eâ successionem consequantur. Nec contrariatur ratio *d. l. 5. cùm in ingenuis & illustribus nominari spurios satis injuriosum &c.* nam assignatur illa ratio ad exclusionem talium filiorum ob existentiam legitimorum & naturalium: & sic volunt *Matthæfill. d. memb. 2. n. 4. & ibi Bologn. n. 5. & 6. Mulert. in addit. ad Roland. n. 29. Schneid. d. c. n. 48. Dissent. Roland. n. 27. §. exceptâ illustri.* Forster. verò *d. c. 17. n. 8.* sic distinguit, ut dicat *Matthæfillani* sententiam locum habere in illâ, quæ antequam ad nuptias transiret, peperit, *Rolandini* verò in illâ, quæ matrimonio dissoluto, prioris thori pudicitiam illicito coitu violavit.

E 2

Tertio

LXXXI

Tertio casu quando quæritur de successione parentum qui liberos habent ex coitu damnato, non ut priori casu distinguitur inter patrem & matrem, sed indistinctè omnes eis succedere prohibentur, *d. auth. ex complexu C. de incest. nupt. d. Nov. 89. c. ult.* ex damnatis enim & nefariis conjunctionibus nati, nec liberi naturales nominandi sunt & vice versâ nec parentes *d. c. ult.* Nihilominus tamen tenentur alere parentes in casu necessitatis, sicut & horum filii de æquitate canonicâ à parentibus sunt alendi, per supra *d. c. 5. §. de eo qui dux. in matri. Matthæfill. d. memb. 2. n. 1. ibique Bologn. n. 2. & 3. Richt. d. memb. 3. n. 4. & 5.* Et hæc de successione ascendentium sufficiant.

LXXXII.

Ordo collateralium.

Tertius ordo successionis ab intestato est collateralium *d. Nov. 118. c. 3.* qui etiam vel sunt ex legitimo coitu, iique vel naturales & legitimi simul, vel legitimi tantum, vel illegitimo: ut sunt naturales in specie sic dicti, spurii seu vulgò quæsitii, incestuosi & adulterini.

LXXXIII.

Prætermisiss collateralibus spiritualibus, qui inter se succedendi jus non habent, ut inter quos non fit consanguinitas, sed communio tantum quædam sancta *c. ita. 30. q. 3. Goth. in not. ad Schneid. c. de tert. ord. succ. lit. a.* primùm de collateralibus legitimis iisque naturalibus & legitimis simul dicemus, qui vel sunt fratres vel superiores cognati. Fratres quando sunt tum vel sunt utrinque, vel ex alterutro parente conjuncti. Utrinque conjuncti vel reperiuntur soli, vel

49
vel concurrunt cum fratrum præmortuorum filiis, vel
sunt fratrum filii.

LXXXIV.

Quando sunt fratres utrinque conjuncti soli, ipsi
primo loco non extantibus & descendentibus & as-
cendentibus vocantur in capita *d. Nov. 118. c. 3. auth.*
Cessante C. de legit. hered. exclusis fratribus tam con-
sanguineis quam uterinis *auth. itaque C. commun. de*
succ. Nov. 84. c. 1. ratio est: quia defuncto duplici vin-
culo agnationis nempe & cognationis sunt obstricti,
& duo vincula fortius ligant quam unum *arg. l. 89.*
de leg. 3. §. 2. I. de adopt. Roland. *d. tr. n. 16.* Cin. *d.*
tr. p. 3. n. 1. Forster. *l. 8. c. 1. n. 1. & 2.* Schneid. *d.*
c. n. 3. & 8. Quod tamen non procedit in feudis,
nam consanguinei à germanis in feudis non exclu-
duntur 2. *F. 11.* Ludwell *d. l. de ord. coll. reg. 1. n. 3.*
& 4.

LXXXV.

Secundo casu quando & extant fratres ex u-
troque latere conjuncti, & fratrum præmortuorum
filii, tùm hi defunctorum fratrum filii cum patruis vel
suorum patrum fratribus succedunt in stirpes, ita ut
suum patrem repræsentent, & ob id portionem pa-
tris accipiant *d. c. 3. d. auth. cessante C. de legit. hered.*
X. A. zu Worms de anno 1521. §. nach dem. Ratio est:
quia cum prædefuncti fratris filii sint in ulteriori gra-
du constituti, & sic etiam jure veteri excluderentur
à successione defuncti patris per ipsorum patrum,
propter regulam: proximior in gradu remotiorem ex-
cludit; ideò quia Justiniani benignitate, parentum
suorum personas sustinent, inque eorum locum in-
grediuntur, æquum quoque fuit, ut eam solummo-
dò

dò partem adipiscantur, quam ipsorum parens si superstes esset, habiturus fuisset: Matthæfill. *d. tr. art. 3. princ. memb. 1. n. 1.* Din. *d. tr. n. 16. v. & ita exemplificatur* Cin. *d. p. 3. n. 2. & 3.* Forster. 8. c. 2. Schneid. *d. c. n. 11.* Richt. *d. tr. sect. 3. memb. 1. n. 8.*
LXXXVI.

Quid verò dicendum an adhuc præcedentem conclusionem locum habere dicemus, ubi duo sunt fratres, & alter eorum hereditatem fratris repudiaverit, ut nihilominus ejus filii propter jus repræsentationis cùm aliis defuncti fratribus admittantur? R. affirmativè, quia paria sunt repudiare & non extare seu præmortuum esse §. 5. *I. de bon. poss.* & isti quoque fratres non sunt conjuncti ea conjunctione, ut inter eos locum habet jus accrescendi, de quo in *l. 87. ff. de leg. 3.* Consent. Matthæfill. *d. memb. 1. n. 11.* & *in addit.* Bologn. Forster. 8. c. 9. n. 4. Berlich. *p. 3. condus. 24. n. 9.* & plures ab eodem *d. l.* allegati.
LXXXVII.

An quoque in statutis, ut si v. c. statuto cautum esset succedere debere agnatos masculos, prout in gradu sunt proximiores, an nihilominus admitteretur filius fratris cùm patruis suis R. quod sic. *arg. l. 32. §. fin. de leg. 2.* Eleganter Bologn. *in addit. ad Matth. d. memb. 1. n. 2. v. sed tu adde unum & c.* Treutl. *d. disp. th. 5. lit. a. & ibi* Bachov. Berlich. *d. conc. 24. n. 10.*

LXXXVIII.

Quod diximus filios fratrum concurrere cum patruis suis, hoc tamen limita in fratrum nepotibus, ut si v. g. defunctus relinquat fratrem, ex altero fratre filium, & ex tertio nepotem, hoc in casu nepos
cùm

45
cùm defuncti fratre vel fratris filio non admittitur,
sed penitus excluditur, quia in lineâ collateralis jus
repræsentationis ultra fratrum filios non extenditur.
d. c. 3. v. hujusmodi verò privilegium. Cin. d. p. 3. n.
14. Schneid. d. c. n. 12. rationem diversitatis inter
lineam descendantem & collateralem innuit Cin. p. 1.
n. 7. quia descendentes inquit quantumcunque remo-
ti sunt, traxerunt suum sanguinem à suo ascenden-
te, idcirco quoque ejus hereditate non debent pri-
vati: Aliud in collateralibus, ubi neuter suum san-
guinem ab altero traxit. Dissent. Jacob. de Bellouis.
ut notat Forster. *8. c. 7. n. 1. in fin.*

LXXXIX.

Tertio casu quando soli sunt fratrum filii, tres præ-
cipuè conclusiones occurrunt notandæ. Prima est:
filios fratris utrinque conjuncti excludere fratres ex
uno tantum latere defuncto conjunctos, patet hoc
in d. auth. cessante. & d. c. 3. vers. unde consequens est
&c. Ratio est quia filii intrant in locum patris sui
præmortui, & sic fingantur esse in secundo gradu,
sicut ipsorum parens qui erat frater defuncti. Forster.
8. c. 6. n. 1. & seqq. Richt. d. memb. 1. n. 59. Cin. d.
p. 3. n. 4. Matthæfill. d. memb. 1. n. 9. ibique Bologn.
quod tamen cessat in fratrum utrinque conjunctorum
nepotibus, nam hi per fratres uterinos vel consan-
guineos in totum excluduntur, ex ratione quam *th.*
proximè præc. dedimus.

XC.

Secunda est: quod filii fratrum itidem propter jus
repræsentationis & patrum defuncti & similes per-
sonas, ut amitam, avunculum & materteram exclu-
dant à successione defuncti patris, *d. auth. post fra-*
tres

tres C. de legit. hered. & d. c. 3. vers. illud palam. Cin. d. p. 3. n. 10. & 11. Schneid. d. c. n. 18. Richt. d. memb. 1. n. 69. Forster. 8. c. 9. n. 1. in med. Treutl. d. th. 5. lit. b. in fin. & ibi Bachov.

XCI.

Tertia est: quòd filii fratrum quando soli sunt, defuncto patruo succedant in stirpes, & non in capita. Et quamvis hæc conclusio multos & non exiguæ eruditionis Dd. sentiat adversarios quorum catalogum videre licet apud Forst. l. 8. c. 3. n. 1. & Berlich. d. concl. 24. n. 26. tamen nostram ut juri Novell. consentaneam sententiã merito illi præferimus & I. ex ipsâ Nov. 118. c. 3. v. *hujusmodi*: ubi Justinianus ait hujusmodi privilegium se præbere fratrum filiis & nulli alii omninò personæ ex hoc ordine venienti: ibi absolutè loquitur & extra casum concursus, & quidem ita ut velit excludi tantum personas posteriores qui ultrà sunt fratrum liberos. II. ex *d. c. 3. vers. si verò neque fratres*. ubi Justinian. omnes deinceps à latere cognatos vocat in capita, qui sunt post fratres & fratrum filios: Ergò quamdiu vel fratres vel fratrum liberi extant, non in capita sed in stirpes succeditur. III. ex *d. c. vers. quandoquidem*. ubi statuit ut fratris liberi patrum defuncti, cujus de hereditate agitur, excludant, quamvis omnes pari, h. e. tertio gradu distent. Ex quo satis intelligitur repræsentationem ipsis concedi, h. e. quamvis tertio gradu sint, tamen ut patrem suum repræsentent, fingi in ipsiùs locum ascendere, ac secundum gradum obtinere: repræsentatio autem jus divisionis in stirpes peperit §. 6. I. de her. q. ab int. defer. Et quod respondeant hoc idèò fieri, quia fratrum liberi ad descendentes, patri

46

trui verò defuncti ad ascendentes proprius accedant,
& sic successiones facilius descendere quàm ascen-
dere, id falsum est in lineâ collateralali, non enim hanc
novi juris à se constituti rationem affert Justinianus,
sed aliam, nempè quod voluit fratrum filios in lo-
cum patris sui succedere: quod benè observavit Ba-
chovius *ad Treutl. d. disp. 16. th. 5.* Consentiant Mat-
thæsil. *d. memb. 1. n. 12.* ubi hanc opinionem dicit
communem. Bologn. *in addit.* ubi se ita consuluisse
affirmat. Din. *d. tr. n. 19.* Mulert. *in addit. ad Ro-*
land. n. 16. & 17. Cin. *d. p. 3. n. 13.* Forster. *8. c. 3.*
n. ult. & c. 6. n. 3. & plurimi allegati ab eodem *d. c.*
3. n. 2. & Berlich. *d. concl. n. 25.* Dissentientium ca-
talogo ex neotericis adde Richt. *d. sect. 3. n. 66.* Treutl.
d. th. 5. lit. b. Suth. *d. diff. aph. 72.* Ludwell. *d. l. de*
succes. coll. reg. 2. n. 5. & d. exerc. th. 4. lit. d. Vultej.
ad pr. I. de her. q. ab. int. defer. n. 44. Zoef. *ad ff. d.*
t. n. 34. Struv. *d. exerc. 38. th. 23.* Perez. *ad. C. tit.*
de leg. hered. n. 7. Hahn. *ad Wes. tit. ff. de grad. n. 16.*
Cl. Dn. Felt. *d. sciag. ord. collat. n. 8.* Verum hæc In-
terpp. controversia hodiè per constitutionem Caroli
V. Imperat. in comitiis Spirensibus de Anno 1529.
sublata est, ac sancitum ut fratrum filii soli, in de-
functi patris hereditatem succedant in capita & viri-
les consequantur portiones, sub tit. *Keyserliche con-*
stitution und sagung / wie brüder und Schwester kinder
ihres Vatters Brüder oder Schwester verlassene erb-
schaft unter sich Theilen sollen: ibi: Wenn einer unte-
stirbt abstirbt / und nach ihm keinen Brüder oder Schwe-
ster / sondern seiner Brüder oder Schwester kinder in
ungeleicher zahl verläset / daß alsdan seins Brüder oder
Schwester kinder in die häupter und nit in die Stämme
erben/

§

erben/

erben / und dem verstorbenen / ihrer Vatter oder Mutter Brüder oder Schwestern dermassen zu succediren / zugelassen werden sollen.

XCII.

Post fratres germanos eorumque liberos, vocamus fratres ex uno tantum latere conjunctos, qui si sunt consanguinei soli, vel etiam uterini soli, æqualiter defuncto succedunt, *auth. post fratres C. de leg. hered. Nov. 84. c. 1. §. 1. d. Nov. 118. c. 3. vers. his autem non existentibus.* Schneid. *d. c. n. 20. & seq.* Matthæfill. *d. memb. 1. n. 17. vers. secundo casu.* Roland. *d. tr. n. 17. vers. verum tamen.* Forster. *8. c. 8. n. 1. & seq.* Richt. *d. memb. 1. n. 58.*

XCIII.

Si mixtim sint fratres consanguinei & uterini, ut v. c. Titius ex Mæviâ suscepit Cajum, ex Sempronîâ secundâ uxore Pamphilum, deindè Titius moritur. Sempronia denuò nupsit & Antonium peperit, & moritur postea Pamphilus quamvis hoc casu Cajum ut fratrem consanguineum præferri Antonio in bonis paternis, & vicè versâ Antonium ut fratrem uterinum præferri Cajo in bonis maternis, & aliunde quæsitâ demum æqualiter inter illos esse dividenda velint, Molina *de I. & I. disp. 164. n. 7.* Matthæfill. *d. memb. 1. n. 18.* Din. *d. tr. n. 16.* Roland. *d. tr. n. 20. & in addit.* Mulert. *Cin. d. p. 3. n. 9.* Forster. *8. c. 8. n. 2. & 3.* Schneid. *d. c. n. 21.* Richt. *d. memb. 1. n. 102.* Treutl. *d. disp. th. 5. lit. c.* Struv. *d. exerc. 38. th. 24.* Hœnon. *d. disp. th. 10. lit. b.* Berlich. *part. 3. concl. 20. n. 3. & 4. & d. concl. n. 68.* Zoef. *d. t. ff. n. 37.* Vult. *d. l. n. 46.* Perez. *ad C. d. t. n. 4. & erot. I. h. t.* Schotan. *exam. Jurid. tit. de suis & leg. hered.*
Glossa

47

Glossa & Dd. communiter *in auth. itaque C. commun. de success.* tamen contrarium verius esse, & fratres consanguineos & uterinos æqualiter in omnia bona defuncti fratris succedere nulli dubitamus. I. Per *d. Nov. 118. c. 3.* ubi fratres consanguinei & uterini indistinctè ad successionem vocantur. II. Cùm bona semel acquisita defuncto, undecunque provenerint, unum & simplex ejusdem patrimonium efficiantur, & cum aliis consolidentur *l. 10. §. 2. ff. ad vulg. & pup. subst.* III. Ob inde sequentem consequentiam: nam bonorum distinctio si esset facienda, sequeretur & rationis esset I. ut etiam consanguinei fratres cùm utrinque conjunctis in bonis paternis, & uterini cùm iisdem in bonis maternis admittantur II. ut cùm eadem distinctio bonorum, consanguinei & uterini cùm fratrum germanorum filiis admittantur. III. ut si tantùm sint bona paterna, & nulla materna, vel contra si sint bona materna & nulla paterna, uterinus à consanguineo, & vicissim consanguineus ab uterino excluderetur. Verùm cùm hæc omnia dubio procul pugnent & cum verbis & cum mente Justin. in *d. c. 3.* etiam consanguineos & uterinos fratres concurrentes simpliciter & pari jure admissionem ad successionem, quæ aliàs secundum priorem opinionem inæqualis & difformis esset futura. Non contrariatur *l. 13. C. de leg. hered. & Nov. 84. c. 1.* de quibus in conflictu. Sic nobiscum sentiunt Fachinæ. *l. 6. contr. 5.* Bachov. *ad Treutl. d. th. 5. lit. c.* Ungep. *exerc. 9. q. 7.* Ludwell. *d. reg. 2. n. 1.* Suth. *d. diss. aph. 73.* Schnob. *exerc. P. 18. th. 27.* Wef. *ad Schneid. d. n. 21. lit. c.* ubi distinctionem hanc bonorum non servari asserit. Cl. Dn. Feltn. *d. ord. coll. n. 6.* & hoc juri

Saxonico convenit, Berlich. *d. concl.* 20. n. 11. & seq. contrarium tamen Noribergæ observari testatur Ludwell. *d. reg.* 2. n. 2.

XCIV.

Si extant fratres ab uno latere defuncto conjuncti tantum, & ex aliis fratribus etiam ab uno latere conjunctis liberi, tunc fratrum consanguineorum vel uterinorum liberi etiam, ut supra *th.* 84. de liberis fratrum utrinque conjunctorum dictum, cum fratribus ex uno latere conjunctis in stirpes admittuntur, propter jus repræsentationis, *d. auth. post fratres. d. c. 3. vers. si autem defuncto fratres fuerint.* ubi Justinian. non distinguit inter fratres utrinque vel ex uno tantum latere conjunctos: & cum utroque casu eadem quoque ratio subsit, nec diversitatis ratio inveniri ulla queat, diversum quoque jus statui non debet, *l. 3. §. 2. ff. de ini. rupt. & irrit. fact. test. l. 108. de V. O.* Matthæill. & Bologn. *d. memb.* 1. n. 17. *vers. secundo casu.* Forster. 8. c. 8. n. 6. Roland. *d. tr.* n. 17. *in med.* Cin. *d. p. 3. n. 6. in fin.* Richt. *d. memb.* 1. n. 63. Dissent. Zoef. *d. tit. n. 38* ex eo quod putet jus antiquum saltem correctum in filiis fratrum germanorum, non etiam consanguineorum & uterinorum, sed quàm rectè judica ex prædictis.

XCV.

Quando soli sunt talium fratrum liberi, idem quod supra *th.* 90. & 91. de fratrum utrinque junctorum liberis dictum, hic locum habet, nam & patrum & similes personas ab utroque etiam latere junctas, ut amitam, avunculum & materteram excludunt, *d. auth. post fratres.* Bologn. *d. memb.* 1. n. 19. Richt. *d. memb.* 1. n. 80. Berlich. *d. concl.* n. 71. & 72.

48
§ 72: Cin. d. p. 3. n. 9. in med. & in stirpes vocan-
tur, Matthæfill. d. memb. 1. n. 17. ibique Bologn.

XCVI.

Post fratres eorumque filios, vocamus ulteriores cognatos, qui si sunt gradu pares, admittuntur omnes æqualiter sc. in capita, *auth. post. fratres, fratrumque C. de legit. hered. d. c. 3. §. si vero neque & c.* nullâ habitâ differentiâ agnationis vel cognationis, unde si quis v. c. decedat relictis patruis i. e. fratribus patruis, & avunculis. i. e. fratribus matris, omnes pariter succedunt in viriles portiones. Cin. d. p. 3. n. 15. Forster. 8. c. 9. n. 1. & 3. Matthæfill. d. memb. 1. n. 19. in med. & ibi Bologn.

XCVII.

Nec pluralitas vinculorum inter hos collaterales attenditur, sed illi indistinctè, sive per unum parentem sive per utrumque defuncto conjuncti sunt, succedunt, ut si v. c. quis relinquat patrum i. e. fratrem patris, vel amitam i. e. sororem patris ex utroque latere conjunctam, & patrum vel amitam ab altero parente tantum, hi æquè ac illi succedent, sola namque proximitas, & paritas graduum ultra fratres fratrumque filios consideratur, non duplex vinculum conjunctionis, *d. c. 3. §. ult. Cin. d. p. 3. n. 15. §. vel quomodo sint conjuncti. Schneid. d. c. n. 34. Berlich. d. concl. n. 94. & seqq. Richt. d. sect. 3. memb. 4. n. 25. ubi & responsum vide. Treutl. d. th. 5. lit. f. Ludwell. d. l. de success. coll. reg. 3. n. 1. Perez. ad tit. C. de leg. hered. n. 9. Vinn. de succ. lat. n. 4.* Non obstat, quòd in successione in bona patrum attendatur vinculi duplicitas, & sic etiam attendenda sit in bona fratris filii. Nam quæ Justinian. contra rationem juris

veteris constituit, extra casus expressos trahenda non sunt. Bachov. *ad Treutl. d. th. 5. lit. f.*

XCVIII.

Gradu dispares quando sunt, valet regula infallibilis: proximior gradu remotiorem excludit: quia jus repræsentationis in hoc ordine ultra fratrum filios, ut sæpius dictum, non extenditur. *d. Nov. 118. c. 3. in. fin. & d. auth. post fratres. Cin. d. n. 15. Matthæfill. d. memb. 1. n. 19. §. tertio loco. Din. d. tr. n. 19. §. si autem. Forster. 8. c. 9. n. 1. Treutl. d. th. 5. lit. f.*

XCIX.

In dubium hic vocatur ad quem usque gradum hi admittantur, an sc. ad decimum an potius in infinitum? *¶. Quamvis jure veteri cognati usque ad sextum, vel septimum gradum si nati sunt ex sobrino sobrinave tantum admitterentur, §. ult. I. de success. cogn. agnati tamen in infinitum succedebant, §. 3. in. pr. I. de leg. agn. success. & §. ult. I. de serv. cogn. ibi. etiam si longissimo gradu & c. l. 2. §. 1. ff. de suis & leg. hered. Et lege XII. tab. simpliciter & sine ulla determinatione gradus, si sui heredes non extent, proximus agnatus familiam habere jubebatur. Facit & l. 4. C. de bon. vac. quæ tùm demùm ad fiscum bona pertinere dicit, si nullus ex sanguinis lineâ aut legitimo jure appareat. Non contrariatur §. ult. I. de succ. cogn. vel n. respondetur decimi gradus tantum exempli causa mentionem fieri, vel Justinian. ibi non loqui determinavè ut reliquos gradus excludat, sed admittere agnatos etiam si decimo vel etiam ulteriori gradu sint, vel quòd Justinian: oppositivè ad jus cognatorum, expressione decimi gradus, prærogativam agnatorum*
osten-

40
ostendere voluerit. Hinc hodiè agnatorum & cognatorum differentiâ quoad successiones sublatâ, *d. Nov. 118. c. 4.* omnes tam cognatos quam agnatos in infinitum vocandos esse putamus, per *d. c. 3. in fin. ibi: omnes deinceps à latere.* quæ dictio *omnis* est universalis, & complectitur omnes in infinitum. Hanc sententiam probant Forster. *3. c. 10.* Treutl. *d. th. 5. lit. b. ibique* Bachov. Hœnon. *d. disp. th. 10. lit. 1.* Suth. *d. diss. aph. 74.* Ludwell. *d. reg. 3. n. 2. & ad §. 3. I. de leg. agn. success. n. 1.* Vinn. *ad §. ult. I. de succ. cogn. n. 4.* Schnob. *d. exerc. th. 27.* Perez. *d. tit. C. n. 10.* Struv. *d. exerc. th. 35.* Zoef. *d. tit. ff. n. 40.* Gudel. *de jur. noviss. l. 2. c. 15. in vers. sciendum.* Dissent. Matthæfill. *d. memb. 1. n. 30. ibique* Bologn. Roland. *d. tr. n. 21. vers. sed revoco.* Schneid. *d. c. n. 38.* Berlich. *d. concl. n. 104.* Vultej. *d. l. n. 51.* Gail. *2. obs. 150. in pr.* Hart. Hartman. *l. 2. obs. pract. tit. 43. obs. 1. n. 2.* quod & moribus receptum esse tradit Vinn. *d. §. ult. n. 4.* ex ibidem allegatis testibus, & apud Batavos servari Grot. *l. 2. introd. c. 30.* & alios vicinos populos Sim. van Leuwen *d. lib. 3. c. 15. n. 9.* Contra testatur Forster. *d. c. 10. n. ult.* Wesenb. *in notis ad Schneid. d. c. n. 39. lit. c. & ad eund. de succ. fisci n. 14. lit. a.* Et tantum de successione collateralium naturalium & legitimorum simul.

C.

Collaterales legitimi tantum sunt vel adoptivi vel arrogati. Adoptivi si sunt ab extraneo facti, qui non transeunt in potestatem adoptantis, nullo modo succedere possunt transversalibus patris adoptivi, nec contra transversales patris adoptivi ipsis adoptivis, *d. l. pen. §. 1. vers. & ideo sancimus C. de adopt. Ratio*

tio ex eo perspici potest, quòd pater adoptivus non succedat ab intestato filio adoptivo simplici, ut supra *th. 73.* dictum est, ergò multò minus debent admitti transversales, & ex eo maximè quòd nihil commune habeant inter se, sed tantummodò hoc operetur adoptio, quòd filius adoptivus succedat patri adoptivo ab intestato. *Matthæf. d. art. 3. princ. memb. 3. n. 1. & Bologn, in addit. Din. d. tr. n. 21. Richt. d. sect. 3. memb. 2. n. 2. Treutl. d. th. 5. lit. d. ibique Bachov.*

CI.

Si sunt adoptati ab aliquo ex ascendentibus per lineam paternam vel maternam, planum est, quòd ex adverso sibi inuicem possint succedere ex illo sc. capite, quod naturali conjunctione se invicem attingant. *Matthæfill. d. memb. 3. n. 2. Forster. 8. c. 14. n. 3.* Ex capite verò adoptionis si velint succedere, admittuntur, si adoptio non fuit dissoluta per emancipationem, ad successionem agnatorum non autem cognatorum, *d. l. pen. l. 23. ff. de adopt. §. 2. I. de leg. agn. success.* Unde si v. gr. proavus maternus adoptavit sibi pronepotem in filium, & præter hunc adoptivum habet tres filios legitimos & naturales ex diversâ matre genitos, si mortuo patre primus ex his filiis & vitâ fungatur sinè liberis, pronepos ille in locum filii adoptatus succedet unà cùm reliquis duobus fratribus consanguineis, quòd secus fuisset, si adoptio nulla intervenisset, nam iste pronepos à fratribus defuncti ab hereditate exclusus fuisset per supra tradita. *Matthæfill. d. memb. 3. n. 3. Forster. d. c. 14. n. 4. Richt. d. memb. 2. n. 3. Schneid. d. c. n. 41.* Diversum tamen esset, si illi duo fratres defuncto ex utroque

50
que parente fuissent conjuncti, nam hunc pronepo-
tem, qui censetur esse frater defunctæ personæ ex
patre tantum ratione adoptionis, exclusissent fratres
utrinque conjuncti, secundum supra dicta. Forster.
d. n. 4. in fin.

CII.

Arrogati quando sunt, idem de iis dicendum est,
quod proximè *preced. th.* de adoptatis qui in potesta-
tem adoptantis transeunt, dictum est, nam succe-
dunt agnatis patris, non autem cognatis *d. l. 23. ff.*
de adopt. Non obst. *d. Nov. 118. c. 4.* quia ibi tolli-
tur differentia quoad conjunctos vinculo naturali.
Matthæfill. d. memb. 3. n. 7. & ibi Bologn. Forster.
d. c. 14. n. 6. Et tantum quoque de collateralibus le-
gitimis.

CIII.

Collateralium illegitimorum prima ratio est natu-
ralium in specie sic dictorum: ubi distinctio facien-
da inter fratres, aliosque naturales conjunctos ex li-
neâ paternâ & conjunctos ex lineâ maternâ. Prioris
generis conjuncti, ut qui diversas habuere matres,
nec sibi invicem, nec legitimis genitorum liberis, a-
liisve per patrem conjunctis succedere possunt, ut v.
gr. Titius ex Mæviâ concubinâ suscepit filium Ca-
jum, postea mortuâ Mæviâ, duxit uxorem legiti-
mam, & suscepit filium sempronium, hic sempro-
nius non succedet Cajo, & vice versâ Cajus nec Sem-
pronio: vel: Titius ex unâ concubinâ habet filium Ca-
jum, ex alterâ Sempronium, nec hi invicem succedent,
ratio ex eo pendet, quia invicem sibi nec agnati nec
cognati sunt. §. 4. *I. de succ. cogn. l. 4. ff. und. cogn.*
l. 19. & l. 24. ff. de stat. hom. Jura enim agnationis in
G fami.

familiâ patris nemo consequitur, nisi qui ex legitimo matrimonio natus est: cæteri omnes matrem sequuntur, *d. l. 19. & l. 24. de stat. hom.* Nec ut cognati succedent, cum cognatio sit à matre, *d. §. 4. I. de succ. cogn.* Facit & *Nov. 89. c. 4.* ubi dicitur, filium naturalem per curiæ oblationem legitimatum, patri tantum & non aliis agnatis & cognatis patris succedere. Item ratio quam adducit *Bologn. in addit. ad Matthæfill. d. art. 3. memb. 2. n. 5. §. quofacit etiam.* quia inquit, extante filio legitimo tempore mortis patris, filius ex concubinâ natus ad patris hereditatem minimè vocatur, cujus tamen ascendentis bona naturali ratione & voto videntur ad naturalem filium pertinere: cum igitur patri non succedat, multò minus & collateraliter ex parte patris sibi conjuncto succedet. *Matthæf. d. memb. 2. n. 3. 4. & 5. & in addit. Bologn. Din. d. tr. n. 22. Forster. 8. c. 10. n. 1. & seqq. Treutl. d. th. 5. lit. e. ibique Bachov. Richt. d. sect. 3. memb. 3. n. 1. Suth. d. dis. aph. 76. Ludwell. d. reg. 2. n. 7.* Et sic hodiè fervari testatur *Groeneweg. de. ll. abrog. ad. d. §. 4. I. de cogn. succ.*

CIV.

Ex lineâ maternâ conjuncti, ut qui diversos habuere patres, sibi invicem succedere possunt, sive omnes sint naturales tantum, sive aliquis sit naturalis tantum, aliquis verò natus ex legitimo matrimonio, veluti: *Cajus* susceptus est ex concubinato, ex eodem quoque vel diverso sed tamen ex eadem matre & *Titius*, vel: *Cajus* susceptus est ex concubinato, deindè ex eadem matre legitimo matrimonio interveniente *Titius* natus est: *Cajus Titio* sine liberis defuncto succedet, & vice versâ *Titius Cajo*, *l. 2. l. 4. ff. und.*

ff. und. cogn. arg. §. 3. I. de success. cogn. Matthæfill.
d. memb. 2. n. 10. & in addit. Bologn. Din. d. tr. n. 20.
Schneid. d. c. n. 44. Forster. 8. c. 11. n. 1. Suth. d. aph.
76. Treutl. d. th. 5. lit. e. ibique Bachov. Ludwell. d.
reg. 2. n. 7.

CV.

Sed hîc quæri potest si concurrant ejusdem gradûs
naturales & legitimè nati, an simul admittantur, an
verò legitimè nati naturales excludant? Prius volunt
Treutl. d. th. 5. lit. e. ibique Bachov. quoniam rece-
ptum est inquit cum his etiam matricos succedere, d.
§. 4. I. de succ. cogn. & per l. 4. ff. und. cogn. Ludwell.
d. reg. 2. n. 7. Cl. Dn. Feltn. d. ord. coll. n. 17. Poste-
rius Richt. d. memb. 3. n. 5. Hœnon. d. disp. th. 11. lit.
c. Nos hoc dissidium sic posse componi putamus si
dicamus cum Dn. Struv. d. exerc. 38. th. 36. priorem
obtinere sententiam, quando agitur de hereditate na-
turalis seu spurii, posteriorem verò, quando de he-
reditate nati ex matrimonio, adeoque non nisi legi-
timis in eodem gradu non existentibus, admitti: ut
v. g. Titius & Sempronius ex Mæviâ in concubinato
suscepti sunt: deindè interveniente matrimonio ex
eâdem Mæviâ Cajus: & postea ad secundum transi-
ens matrimonium Sejum suscepit: Sempronio mor-
tuo, Titius, Cajus & Sejus secundum priorem succe-
dent sententiam: Cajo v. mortuo secundum postero-
rem non succedent Titius & Sempronius, sed solus
Sejus. Sed quid si Cajus habuisset fratrem ex eodem
matrimonio ortum? Is solus succederet ex eo quòd
utrinque conjunctus sit. Schneid. d. c. n. 1. & seq.

CVI.

Spurii seu vulgò quæsi fratres, quia nullum inter
G 2 ipsos

iplos jus agnationis est, *d. l. 4 ff. und. cogn. d. §. 4. l. de success. cogn. transversalibus* ex paternâ origine minimè succedunt, agnationis enim jus à patre oritur, quem nullum habent vulgò concepti ex ratione juris, *d. l. 4. l. 23. ff. de stat. hom.* Forster. 8. c. 12. n. 1. Treutl. *d. th. 5. lit. e. ibique* Bachov. Uterini verò h. e. qui eandem habent matrem, jure cognationis sibi invicem succedunt, *d. l. 4. & d. §. 4.* Forst. *d. c. n. 2.* Suth. *d. aph. 76.*

CVII.

Fratres incestuosi, adulterini & similes qui ex damnato coitu nati sunt, sibi invicem nullo modo succedere possunt, sive uterque & defunctus & succedere volens, sive alter tantum natus sit ex coitu damnato, *arg. Nov. 74. c. ult. Nov. 89. c. ult. auth. ex complexu C. de incest. & inut. nupt. Din. d. tr. n. 22. §. de incestuosis.* Matthæfill. *d. memb. 2. n. 1. & in addit.* Bologn. Schneid. *d. c. n. 46. Fach. 6. contr. 10.* Treutl. *d. lit. e. ibique* Bachov. Mynsing 3. *obs. 91.* ibi in Camera ita judicatum refert. Richt. *d. memb. 3. n. 6.* Vinn. *add. §. 4. n. 3.*

CVIII.

*Successio vi-
vi & uxoris.* Haftenus expositi sunt tres illi ordines quibus ex *Nov. 118.* hereditas ab intestato defertur. Restat ut de successione conjugum & fisci pauca dicamus, & primùm de successione conjugum, ubi primùm attentenda sunt pacta dotalia, quòd provisio hominis tollat provisionem legis, Vid. Richt. *d. tr. sect. 4. n. 2. & seq. & in præm. d. tr. n. 18.* & licet jure nostro civili hereditas pacto dari nequeat per *l. 5. C. de pact. convent. l. fin. C. de pact. l. 4. C. de inut. stip. l. 61. ff. de V. O.* moribus tamen receptum esse, ut pacta reci-
proca

57
proca inter conjuges de succedendo liberis non ex-
tantibus valeant, testantur Gail. 2. *obs.* 124. & 126.
Mynsing. 2. *obs.* 33. Goedd. *de contr. stip. c.* 6. n. 84.
His verò pactis deficientibus, inquirendum est se-
cundo loco, an consuetudine vel statutis quid indu-
ctum sit, statutum n. & consuetudo derogant juri
communi in loco ubi vigent, *l.* 9. *ff. de I. & I.* & *l.* 32.
ff. de II. Richt. d. sect. 4. n. 2. & 7. Schneid. *c. de succ.*
conjug. n. 1. & 2. Hahn. *ad Wes. tit. und. vir. & ux.*
n. 3. Treutl. *d. disp. th.* 6. *lit. b.* & *c. ibique* Bachov.
Quibus & deficientibus recurrendum est ad jus Civi-
le. Quo jure civili sc. antiquo, vir & uxor planè à
successione arcebantur, ita ut hereditas mariti defer-
reretur fisco, exclusa uxore, & vice versa hereditas
uxoris, excluso marito. *l.* 1. *ubi Dd. comm. not. C. und.*
vir. & uxor. Schneid. *d. c. n.* 7. & *seq.*

CIX.

Primus Prætor naturali æquitate motus & iniquum
judicans ut fisco in successione mariti uxorem exclu-
deret, considerans inter conjuges esse indissolubile
consortium divini & humani juris, *l.* 1. *ff. de rit. nupt.*
& in matrimonio quotidie casus fortuitos emergere,
quorum alterutrum participem esse oportet, *l.* 22. *§.*
7. ff. solut. matrim. jus civile hoc in casu supplevit &
aliquid addidit, *pr. I. de bon. poss.* constituens, ut de-
ficiante omnis sanguinis linea, conjux superstes con-
jugi defuncto vel defunctæ, i. e. vir uxori & uxor
viro per bonorum possessionem *unde vir & uxor*, ex-
cluso fisco succedat, *l. un. ff. und. vir. & ux.* Quam
successionem Prætoriam deinceps Impp. Theodosius
& Valentinianus *in l. 1. C. h. t.* confirmarunt. Mat-
thæfill. *d. tr. art.* 4. *princ. n.* 1. Schneid. *d. c. n.* 10.

G 3

& 12.

§ 12. Hahn. *ad Wes. d. tit. n. 1.* Forster. *l. 9. in præf. n. 2. & 6. & c. 2. n. 33. & c. 3. n. 1. & 2.* Suth. *d. diff. aph. 77.* Treutl. *d. th. 6. lit. a. ibique* Bachov. Ludwell. *d. exerc. th. 5. lit. a.*

CX.

Hæc autem successio ut locum habeat requiritur I. ut matrimonium sit contractum & quidem justum & legitimum, *d. l. 1. ff. und. vir & ux.* ubi ergò primò repelluntur concubinarii, nam præter id quòd matrimonium inter hos non sit, & appellatione uxoris non venit concubina, *l. 17. ff. de act. rer. amot. l. 31. ff. de donat.* Bologn. *in addit. ad Matthæfill. d. art. 4. n. 3.* Forster. *9. c. 3. n. 20. & 21.* Goth. *in not ad Schneid. d. c. n. 13. lit. b.* Hænon. *d. disp. th. 12. lit. b.* Treutl. *d. th. 6. lit. a.*

CXI.

Deindè repellitur sponsa de futuro, quia hic matrimonium nondum est, sed fieri demùm speratur: & appellatione uxoris non comprehenditur sponsa, *l. 5. ff. de donat. int. vir. & ux.* & vicissim sponsus de futuro non est maritus, *l. 1. §. 2. ff. pro dot.* Diversum verò est in sponsa de præsentì, nam & illa uxor dicitur, *l. 15. ff. de cond. & demonstr.* & matrimonium inter eos est contractum, cum nuptias non concubitus sed consensus faciat *l. 30. ff. de R. I. c. cum initiatur. 5. c. 27. q. 2. l. 8. C. de repud.* Huic sententiæ calculum adjiciunt Bologn. *in addit. ad Matthæfill. d. art. 4. n. 2.* Forster. *d. c. 3. n. 8. & seqq.* Schneid. *d. c. n. 13. & in not.* Goth. *lit. e.* Treutl. *d. th. 6. lit. a.* & plures allegati à Schneid. *d. l.*

CXII.

Tertiò repelluntur illi qui injustum matrimonium
con-

53
contraxerunt, veluti qui consensum parentum non
adhibuerunt, qui sibi invicem cognatione nuptiis im-
pedita nexi sunt &c. cum n. matrimonium cum his
esse non possit, & appellationem viri & uxoris non
mereantur, §. 12. I. de nupt. consequitur non obscu-
rè bonorum possessioni unde vir & uxor, locum non
fieri. Forster. d. c. 3. n. 3. Goth. in not. ad Schneid. d.
c. lit. o.

CXIII.

Requitur II. ut matrimonium duret usque ad tem-
pus mortis, d. l. un. §. 1. ff. d. t. Secus ergo si divertif-
sent d. §. 1. Bologn. d. n. 3. sicque rejicitur senten-
tia Gloss. in §. 6. I. de nupt. quæ vult socerum i. e. pa-
trem uxoris marito succedere posse, deficientibus li-
beris, agnatis, cognatis & uxore. Forster. d. c. 3. n. 7.

CXIV.

Requitur III. ut uxor intra annum luctus non
nubat, neglecto enim spretoque luctus tempore, si
qua intra hoc tempus nubat, præter infamiam alias-
que in quas incurrit poenas, successione hac repelli-
tur, l. 1. & 2. C. de secund. nupt. Forster. d. c. 3. n. 6.

CXV.

Hæc successio cum competat de solo jure prætorio,
necesse est ut superstes conjux intra centum dies post
mortem defunctæ conjugis bonorum possessionem
petat, ne eo temporis spacio neglecto ad fiscum he-
reditas devolvatur, l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. Bo-
logn. in addit. ad Matthæ fill. d. n. 2. Forster. d. c.
3. n. 2. Schneid. d. c. n. 13. in fin.

CXVI.

Hodiè verò ex Nov. 117. c. 5. & auth. præterea C.
und. vir. & uxor. quando matrimonium est sine
& præ-

& præmortuus maritus fuit locuples, uxor verò super-
stes inopiâ laboret, si extent filii sive ejusdem sive
diversi matrimonii, ubi tres sunt vel pauciores in
quartam omnium bonorum, si plures quam tres in
portionem virilem superstes conjux marito succedit,
ita tamen, ut utroque casu solum habeat usumfructum,
proprietas verò conservet filiis: si verò non extent
filii, cum totidem agnatis in quartam vel partem vi-
rilem pleno jure.

CXVII.

Diximus matrimonium si sit sine dote: ergò du-
bitatur utrum *d. auth.* etiam in parvâ dote unde sc.
vidua se commodè sustentare nequit, obtineat? Quod
affirmatur: paria n. sunt non habere dotem & habe-
re, sed valdè modicam: Et facit *c. 6. Nov. 53. §. 1.*
nam cum non obstante quarundam rerum dominio
& uxor ad successionem hanc admittatur, ita pari-
ter non obstante exigua dote vocabitur. Sic sentiunt
Matthæill. *d. art. 4. n. 22. & in addit. Bologn. Forster.*
9. c. 4. n. 7. & seq. Treutl. d. th. 6. lit. d. & ibi Bachov.
Schneid. d. c. n. 17. Gudel. de jur. noviss. l. 2. c. 16.

CXVIII.

An & locum habeat si adsint nepotes ut si v. gr.
Sempronius vitâ defunctus relinquat tres vel paucio-
res nepotes ex filio, ac duos filios & uxorem? R. u-
xorem quartam partem bonorum mariti consequi
non virilem: nepotes enim quotquot sunt jure re-
præsentationis patris personam sustinent, ac eam
portionem quam pater habiturus fuisset consequun-
tur, *d. §. 6. l. de hered. q. ab int. defer. Forster. d. c. 4. n.*
5. & 6. Idem est si soli sint nepotes. Bologn. d. art.
4. n. 19. Dissent. Matthæill. n. 17.

Quid

CXIX.

54
 Quid si deficient liberi, sed soli sint ascendentes, an locum *d. auth.* habere dicemus? *R.* affirmative: liberis n. quibus ex naturæ dictamine & ipso parentum voto hereditas debetur, *l. 7. ff. und. liber. l. 15. ff. de inoff. test.* existentibus tribus vel paucioribus, si mater inops quartam totiûs substantiæ consequatur: pluribus verò superstitibus in virilem portionem vocetur: multò magis idem dicendum est si ascendentes soli sint, quibus hereditas defuncti non æquè ac liberis debetur, *dd. ll.* Et probatur ex ipso textu *in d. c. 5.* Justinian: n. non existentibus liberis vult uxorem etiam domini jure habere eas res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per illam legem jusserat. Forster. *d. l. 9. c. 9. per tot.* Et hanc dicit fuisse sententiam Cyni Bartoli, Baldi & Saliceti *in d. auth. præterea.* Idem erit si nulli prorsus sint liberi, neque ascendentes, sed solùm collaterales: eâ tamen conditione eoque modo, quo unâ cùm liberis, & cùm ascendentibus & collateralibus succedet, hoc est, si quatuor sint in virilem portionem, sin pauciores in quartam. Forster. *d. l. 9. c. 10. & 11.* Gudelin. *d. c. 16.*

CXX.

Porro quæritur an & prædicta procedant in marito inope, quando uxor præmoriens fuit dives, & matrimonium sinè antenuptiali donatione? *R.* Matthæfill. *d. art. 4. n. 23. & in addit.* Bologn. item Schneid. *d. n. 17.* Gail. *2. obs. 98. c. 5.* Treutl. *d. th. 6. lit. d.* Ludwell. *d. exerc. th. 5. lit. b.* Hahn. *ad Wes. d. t. n. 2.* affirmativam sententiam amplectuntur. Nobis tamen sententia negativa cùm Cujacio *ad. d. Nov. 93. in fin.*

H
 magis

magis placet, propter verba finalia *d. c. 5. Nov. 117.*
Contraria tamen videtur magis communior, in quam
etiam concepta est *d. auth. præterea.* quæ videtur sen-
tentia Gudelin. *d. c. 15. Bachov. ad Treutl. d. lit. d.* Nota
hodiè iis in locis ubi communio bonorum inter con-
juges viget, hanc successionem inter conjuges planè
abrogatam esse. Groenweg. *ad. d. tit. C. und. vir &*
ux. & ibidem allegati Dd.

CXXI.

*Successio
fisci.*

Si tandem nè civili nec prætorio jure quis succe-
dit, bona vacantia fiscus occupat, *l. 1. ff. de success. e-*
dict. l. 114. §. 2. ff. de leg. 1. l. 1. 4. C. de bon. vacant. lib.
10. dicuntur autem bona vacantia quæ jacent pro-
pter defectum legitimorum successorum, & sic dif-
ferunt ab hereditate jacente, quæ est illa, quæ non-
dum est adita, sed spes est eam aditam iri per ali-
quem. Schneid. *c. de success. fisci n. 12. & 13.* Fiscus
tamen intra quadriennium vacantia bona debet a-
gnoscerè, aliàs possessor bonorum adversus fiscum
præscriptione se tueri poterit. *l. 1. & l. pen. C. d. t.*

CXXII.

Excipe I. socium Imperialis liberalitatis. *C. si liber.*
imper. soc. sine hered. decess. II. collegia quædam lici-
ta, de quibus habetur *in l. 1. & tot. tit. C. de hered.*
decurion. III. eum qui se Ecclesiæ aut monasterio
devovit. *l. 20. C. de Episc. & cler. & auth. ingressi C. de*
SS. Eccles. Hi enim si ab intestato succedunt non
relictis legitimis heredibus, hereditas eorum non ad
fiscum, sed ad ea corpora, quorum pars erant redit.
Schneid. *d. c. n. 18. & seqq.* Ludwell. *d. exerc. lit. d.*

SOLI DEO GLORIA.

Duisburg, Diss., 1661-99

(1)

ULB Halle


3


004 527 046



Sb

107





B.I.G.

Farbkarte #13

IO JURIDICA
G U R A L I S

De 1666

4574 26

SIONE AB
TO VETERI
NOVA.

2

nam

NTE DEO
Magnifici, Nobilissimi & Am-
i Ordinis, in Illustri, quæ
IVORUM Academia,


R O

honoribus, & privilegiis
majorum consequendis

am examini subicit

M A S S C H O P,
- Clivius.

horis locoque solitis.



ad R H E N U M. 13.
A S, Academ. Typogra-
M. DC. LXVI.